



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Lancicii E Societate Iesv Opvscvlorvm Spiritvalivm
Tomvs ...**

Łęczycki, Mikołaj

Antverpiae, 1650

Opvscvlvm Qvintvm. De mediis ad virtutes initio vitæ spiritualis
adquisitas, postea conseruandas & augendas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78809)

N I C O L A I L A N C I C I I

E S O C I E T A T E I E S V O P V S C V L V M S P I R I T V A L E

Q V I N T V M.

De medijs ad virtutes initio vitæ spiritualis acquisitas, postea
conseruandas & augendas.

I N D E X C A P I T V M

H V I V S O P V S C V L I.

TRia prima Monita: quod vota despondeant animam Christo: & exigant amorem erga Deum, situm in suarum rerum communicatione. CAP. I.
De fidelitate Deo debita, & de obedientia. CAP. II.
De progressu in virtutibus curando, & in quo ille situs sit. CAP. III.
De Examine particulari. CAP. IV.
De quotidianâ meditatione. CAP. V.
De Examine generali quotidiano. CAP. VI.
De Eucharistiâ piè suscipiendâ. CAP. VII.
De frequenti Colloquio cum Patre spirituali. CAP. VIII.
De curâ minimorum. CAP. IX.
De fugiendis septem defectibus qui sunt, Liberras in agendo: Sermones de rebus

friuolis: Colloquia cum personis vetis: Conuersatio cum non spiritualiter uiuentibus: Irrisio aliorum periculosa: Particularis amicitia: Negligentia in officiis domesticis manualibus. CAP. X.
Vitium immodestiae fugiendum. CAP. XI.
Quatuor particulares immodestiae defectus vitandi: Vox clamosa: Nimij risus & cachinni: Sermo scurrilis: Oculorum curiositas; praesertim circa formosas facies. CAP. XII.
Tria monita: Primo anno scholæ & magistris sibi attendendum: non minuenda opinio de sanctitate Ord. vel Congregationis, ob defectus aliorum: Occupationes distractiuæ non impediunt profectum in virtutibus, si seruetur antea dicta. C. XIII.

Index rerum præcipuarum huius Opusculi, positus est in fine totius Operis.

P R O O E M I V M.



ROgatus à quibusdam, ut nostræ Societatis iuuenibus, aliqua traderem cõsilia, seu monita, pro conseruandis & augendis virtutibus in Nouitiatu acquisitis, vel, ut loquuntur Asceta, pro conseruando & augendo spiritu; id feci libenter. Sed cum aliquot ante annos, ea quibusdam in

Bohemiâ pro vsu privato describenda dedissem, & didicissem profuisse: postea operæ pretiũ existimaui me facturũ, si pro alijs quoque vitæ spirituali addictis, ea publici iuris facerẽ, uti nunc facio. Sunt enim eiusmodi omnia, ut excepto serè primo breuissimo monito, reliquã in quouis hominum statu vitam spiritualemente colentibus, magno vsui possint esse. Talia enim hæc traduntur instrumenta virtutum, sita in vitandis serid

Dei gloriam, laudem, & honorem, & obsequiū
 Diuinæ Maieſtatis, vt id S.P.N. Ignatius diuer-
 ſis verborum formulis, nobis commendat, in
 ducentis & quadraginta duobus locis Conſti-
 tutionū Societatis. Bene enim monuit S. Chry-
 ſoſtomus: *Si omnino dignus fueris agere aliquid quod*
*Deo placeat, aliam ne require mercedem, præter hoc ip-
 ſum, quod placere meruisti. Si enim requiris mercedem,*
verè ignoras, quantum bonum fit placere Deo: si enim
ſeres, nunquam aliud aliquid extrinsecum mercedi
aut numeris expeteres. Meritò ergo hoc ipſum
 S.P.N. Ignatius ſuis filiis, in Conſtitutionibus à
 ſe factis, præſcripſit. Exiſtimo autem S.P.N.
 Ignatium ſecuriorem illam (quoad acquiſitionem
 meriti, & incrementum gratiæ & inſula-
 rum virtutum, ac Spiritus ſancti donorum) te-
 nuiffe Theologorum ſententiam, aſſerentium,
 iuſtorum opera naturā ſuā indifferentia, meri-
 toria præmij cæleſtis non eſſe, niſi ea actu, &
 expreſſè ſiant, ob aliquod ſupernaturale mo-
 tuum. Cùm autem ſtudia noſtra, in ſe ſpectata,
 ſint è numero indifferentium rerum; & Deo
 propter ſe amato, nullum ſit motiuum præſtan-
 tium, vel æquè præſtans; ideò ſolicitus S. Pater de
 maiore Dei gloriā (etiā per ſinem & modum
 operandi) tum alia omnia, tum ſtudia noſtra,
 ſuſcipi & tractari à nobis voluit, purè propter
 ipſum Deum, prout eſt obiectam amoris,
 quem cum S. Thoma Theologi appellant *amo-
 rem amicitia*, diuerſum, ab amore concupiſcentia,
 quo Deus amatur, prout eſt nobis bonus. Et ta-
 lem operandi modum, qui oritur ex motiuo
 amoris amicitia, ſeu benevolentia; nominatim
 commendat S.P. Ignatius Scholaſticis Societa-
 tis. Nam cum Romā diſcedens in Luſitaniam
 P. Brandanus, varia quæſita Scholaſticos Societa-
 tis concernentia, S. Patri propoſuiſſet, & inter
 alia quæſiuiſſet, quantum temporis poſſent ora-
 tionem impendere ſtudiorum tempore; reſpondit
 S. Pater: *Ni peculiaris alicuius neceſſitas plus orationis*
*exigat, ſat fore tempus illud matutinum, quod eo tem-
 pore omnibus erat præfixum; & Sacri auditio vel le-
 ctio, cum binis quotidie examiniſus. Cæterum vt loco*
longioris orationis, aſſueſcerent ſe noſtri Scholaſtici,
tam in aliis rebus, tum præcipuè in ſuis ſtudiis inuenire
Deum. Quā loquendi formulā & phraſi, S. Pater
 intelligebat actualem oblationem operis ad
 maiorem Dei gloriā ſuſcepti, purā & ſincerā
 intentione: quam ipſam adhibendam eſſe in
 ſtudiis nominatim ait S. Pater 4. parte Conſtit.
 c. 6. §. 1. ex quo deinde prima Societatis Scho-
 laſticorum regula deſumpta eſt.

Sanè qui exiſtens in gratiā, tali intentione
 ſingula facit & refert in Deum, perpetuò mere-
 tur, & bene Chriſtum Dominum imitatur di-
 centem: *Ego qua placita ſunt ei, facio ſemper.* Hoc
 Societatis noſtræ ſpiritu imbuta B. Maria Mag-
 dalena de Pazzis, Carmelitana mitigata, à ſua
 pueritiā vſque ad mortem, Patrum Societatis
 noſtræ inſtitutione vſa, magnis in vitā & poſt

mortem miraculis illuſtris, ab Urbano VIII. in
 Beatarum Virginum numerum adſcripta, & in
 Romanum Martyrologium adſcita, ac Diuini
 Officij recitatione ac celebratione Miſſæ, in die
 eius obitus, ab eodem Pontifice honorata; hæc,
 inquam, poſtquam fuiſſet Exercitiis S.P.N. Ig-
 natij exculta, ſæpiſſimè ſuis inculcabat Moniali-
 bus, quatum erat Magiſtra, vt omnes etiam mini-
 mas actiones facerent purè ad placendum Deo, &
 ad gloriā eius, eas offerendo, ſi fieri poſſet, etiam ic-
 tibus oculorum, & minimis motus membrorum; dicens (vt
 in eius vitā ſcribit noſter P. Virgilius Ceparitus)
 qui ſi faceret, cum poſt mortem reſtā ad cælum itu-
 rum ſine purgatorio. Et ne hæc doctrina excideret ex
 memoria, ſæpè eam inculcabat ſuis, & frequenter ino-
 pinatè quærebat, modo ab hac modo ab illā Moniali,
 cur id facio. Quod ſi audires caſus, aut ex conſuetudine
 factum aliquid ſine actu intentione ſupernaturali,
 dicebat: Non vides te meritum perdere. Deus talibus
 operibus non paſcitur. Neque temerè hanc ſuis cõ-
 mendabat doctrinam; diuinitus enim eam di-
 dicerat, quia, vt ſcribit eius Confeſſarius Vin-
 centius Puccinus in alterâ, & quidem multò
 copioſiore, eiusdem vitæ. Cùm à Chriſto Domino
 in rapta quodam periſſet, qua præparatio adhibenda
 eſſet ad euitandas Purgatory penas, edoctrā diuinitus,
 dixit aliā voce (vt ſæpè multa talia dicebat) oportet
 ſpoliari totaliter nobis ipſis, & te veſtiri, ò Domine mi:
 oportet ambulare cum purâ, mundâ & ſincerâ inten-
 tione: va illis qui habent aliam intentionem, quam ſer-
 uendi tibi, & honorandi te. Hanc ipſam doctrinam
 tradidit S. Gregorius Papa, eaque ſuos Dialo-
 gos concluſit: *Audenter dico, quia ſalutari hoſtiâ poſt*
*mortem non indigebimus, ſi ante mortem, Deo ipſi, ho-
 ſtia fuerimus. Quis autem dubitet, eum perfectam*
*hoſtiam eſſe Dei, qui non tantum animam &
 corpus, & bona externa obtulit Deo, per vota*
religioſa, ſed etiam ſingula opera ſua, puriſſimâ
*intentione, ob ſolius Dei gloriā, Deo offert, &
 ſic offerendo omnia, verum & ſolidum ad Deum*
demonſtrat amorem, quem verus erga Deum
amor exigit? Nam, vt ait S. Gregorius, Probatio
dilectionis, eſt exhibitio operis.

Secundò ad hanc communicationem rerum
 requiritur, vt ea, quæ Deo offeres, modo ſupra-
 dicto, ſint digna, quæ ei offerantur, proinde de-
 bent eſſe ſine vilo inquinamento peccati & im-
 perfectionis. Vnde ſequitur, te debere ita viuere
 toto poſt tirocinium tuum tempore, ne vllum
 opus, aut rem Deo offerendam, vilo deliberatò
 peccato aut imperfectione contamines: quia
 Sponſus tuus cæleſtis, reſpuit oblationes rerum
 conſpurcatarum, quæ etiam viliffima mancipia
 aſpernari ſolent, non tantum illuſtres perſo-
 næ: ita fiet, vt nullam regulam deliberatè vio-
 les, quæ ferè nunquam violatur ſine aliquo
 peccato aut imperfectione: *Non diminutionem*
in viro bono intelligo, inquit Seneca, ſed vacatio-
nem: nulla debent eſſe, non paruanam ſi vlla ſini,
creſcunt, & inſerim impediunt: quomodo oculos
 ma-

lib. de
 compa.

5.
 3. 1. 5.

Deſerend.
 ſec. Gab.
 Palud. Al.
 ma. Al. El.
 Tana. Al. J.

6.

1. 1. q. 16.
 1. 1. q. 17.
 1. 1. q. 18.
 1. 1. q. 19.
 1. 1. q. 20.
 1. 1. q. 21.
 1. 1. q. 22.
 1. 1. q. 23.

7.

8.

1. 1. 1. 1. 1.

cap. 44.

2. p. c. 13.

1. 4. c. vic.

h. 30. in
 Euang.

9.

ep. 83.

maior & perfecta suffuso excacat. sic modica turbat.

10.

Tertio bona & fidelis sponsa, ita communicat omnia bona sua Sponso, vt nihil sibi referret, quod nollet à suo Sponso accipi, si Sponsus eam vellet re illà priuare. Ita tu ex ardenti Spôsi tui amore, nihil prorsus tibi referues, cuius iacturam pati nolles, si ita à te Deus exigeret, & te re aliquà vellet priuare. Et hoc ipsum docuit S. Birgittam Christus Dominus: Perfecta, inquit, est charitas illa ad Deum, quando homo, nihil sibi de se relinquit, sed ad omnem virtutem ac perfectionem se diluat. Similiter & S. Gregorius Papa ait; Qui perfecte Deo placere desiderat sibi de se nihil relinquat.

Extrauag. Rcu. c. 34.

1. 10. mor. cap. 4.

Quocirca quidquid à te Deus exigit, per suam voluntatis nuntios, & Vicarios suos (tuos nimirum Superiores) totum Deo, sine cunctatione, donare debes: presertim ea, quibus maximè delectaris: vt sunt, proprium iudicium, voluntas, libertas, commoditatum amor, electo loco, personarum, occupationum, graduum. Vnde sequetur, vt in omnibus tuorum Superiorum (quos tibi Deus sui loco reliquit tanquàm internuncios & interpretes suae voluntatis) circa te, ac occupationes & res tuas omnes dispositionem sequaris, & iuxta praescriptum Regulæ 36. Summ. non magis quàm cadauer, aut senis baculus eligas loca, personas, occupationes, gradus: nec plus, quàm cadauer aut baculus, voluntariè refugas tui accusationes, aut rerum tuarum manifestationes, & contumelias, & contemptus, & alia te mortificantia, vel tibi displicentia, tibi in Regulis 9. 10. 11. 12. Summ. commendata. Atque hac ratione contentus eris, si non permittaris solitum Philosophiæ ac Theologiæ tempus abfoluere etiam ad studia minùs speciosa applicaberis: si non defendes theses Scholasticas: si ultra quàm vulgò soleant docere inbeberis: si ad Collegium minùs commodum & minùs numerosum mitteris, si cubiculo angusto & incommodo vteris, nec solus in eo manebis, sed cum eo, quem nolles, socio, & his similia, quæ amor proprius declinat vel fugit.

CAPVT SECVNDVM.

Alia duo Monita, de fidelitate & obedientia.

11.

Monitum quartum. Secunda conditio bonæ sponsæ, est fidelitas erga Sponsum, & erga res omnes Sponsi: quæ fidelitas, tria requirit:

Primo vt amorem quem ei promissit, ac thori iniuriam fidem perfectè erga solum Sponsum conferret. Hoc tu præstabis, si vota, quæ promissisti Deo, vel bona proposita, quæ ei obtulisti, perfectè seruabis. Nam, vt docet S. Thomas, implere vota Deo facta, pertinet ad fidelitatem, quam homo debet Deo; & fractio voti est quedam infidelitatis species: vnde Salomon rationem assignat,

2. 2. q. 88. a. 3.

Eccle. 5. 3.

quare sint vota reddenda, quia displicet Deo infidelis promissio.

12.

Secundo ad fidelitatem Sponsæ requiritur, vt diligenter conferret res omnes Sponsi sui, earumque curam habeat, ne destruantur vel pereant, & vt domesticis exactè obeant ea officia, quæ eis imposita sunt. Hoc & tu factis ostendes, si iniunctas tibi occupationes, iuxta præscriptum Regularum, à Sponso tuo tibi pro directione relictarum, obis, & dabis operam, vt & alij omnia benè obeant, tuarum curæ & fidei commissi, & si non obtulerint, id vt manifestes iis, quibus vult manifestari Sponsus tuus, non habito vilo personarum, Sponso tuo inferiorum, respectu. Ita fiet, vt siue sis Magister in Scholis, siue Bidellus, siue Visirator orationis vel examinis, cuncta iuxta Dei voluntatem, per Superiorem declaratam, perficias, & alia te solo præstantia, benè exequaris, iuxta Regularum & rectæ rationis normam.

13.

Tertio, fidelitas hoc quoque exigit, vt sponsæ res sui sponsi dispenderit fideliter, non dissipando inaniter, nec donando, cui donari non debent. Hoc ita exqueris, si tempus, quod tibi Sponsus tuus cælestis dedit, vt ait S. Bernardus, ad agendam poenitentiam, ad obtrivendam veniam, ad acquirendam gratiam, ad gloriam promerendam, non tantum sine otio, vetito in reg. 44. Summ. (quia hoc fati non est) sed præterea iuxta sanctam illam phrasim Sancti Ignatii, cum maiore Dei obsequio, laude & gloria expendes. Ita autem illud expendes, si semper eris occupatus in rebus tuis in primis religioso statui, deinde gradui in Societate Iesu, denique præsentis, quod geris, officio conuenientibus: hoc est, ei vel necessarius omnino, vel magis vtilibus. Hinc sequetur, vt nunquam te occupes in lectione librorum obscenorum (vti sunt quidam antiqui Poetæ) & librorum anatomicorum, & his similia. Hinc sequetur, vt dum Philosophiæ vel Theologiæ dabis operam, non vaces diuturnæ lectioni, etiam honestorum Poëtarum vel Oratorum, aut operibus mechanicis (quantumuis pietatem redolere videantur) contra voluntatem tui Professoris vel Superioris. Et dum eris operarius, non leges profanas historias, & his similia, quæ solis Magistris humaniorum literarum permittuntur: ad comparandam honestam & necessariam (non vltra) eruditionem, pro benè instructâ iuuentute, nostræ virtuti & fidei commissâ in Scholis. Denique tunc fideliter expendes tempus, si tum veteres Sanctos, tum nostrum P. Franciscum Suarium, & P. Thomam Sanchez imitare, qui constanti perpetuoque tenore, quotidianas functiones ita definitis, distributisq; obibat diurnis spatiis atque nocturnis, ne alie occupationes obstrepere alis, aut alieno se tempori immiscerent. Quod & Sancto Fundatori nostro, etiam in vltimâ ætate, valdè cordi fuit, licet in multiplici negotiorum occurrentium varietate, & gra-

14.

15.

16.

17.

18.

19.

20.

21.

22.

23.

24.

25.

26.

27.

28.

29.

30.

31.

32.

33.

34.

35.

36.

37.

38.

39.

40.

41.

42.

43.

44.

45.

46.

47.

48.

49.

50.

51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

62.

63.

64.

65.

66.

67.

68.

69.

70.

71.

72.

73.

74.

75.

76.

77.

78.

79.

80.

diencia. Qua ei ad coram erat, ut etiam dum esset in exaltatione ad minimam obedientiam vocem sui Confessarii faciebat quicquid inebatur; ad aliorum voces etsi diceret esse Confessarii, erat in illa saxi in audiens. Ex hoc affectu obedientie; etiam marito exactissime obediebat; & hanc quoque obedientiam Deus evidenter miracula comprobavit. In edibus mariti orabat Francisca recitans Officium B. V. Mariae; interim vocata per famulos a marito; signans in libro locum ad quem pervenerat recitando Officium; iuxta quod vocabatur; postea rediit ad continuandum Officium: accidit, ut dum vnam Antiphonam legeret, quater fuerit vocata a marito; & semper non finita illa antiphona prompte obediit: sed cum vltima vice redisset ad recitandam illam antiphonam, inuenit eam scriptam literis aureis: & in quodam raptu declaratum ei fuit a S. Paulo, Deum iussisse scribi ab Angelo literis aureis illam antiphonam, ad demonstrandum quam gratia ei fuerit illa prompta obedientia: & Vannoza eius cognata (que presens aderat actibus obedientie a Francisca factis) vidit postea illam Antiphonam aureis literis scriptam; & hoc miraculum dixit alius. Si ergo obedientia sine vlla voti obligatione facta marito adeo grata fuit Domino, quanto magis erit ea qua exhibitur Superioribus Religiosis, a religiosis hominibus voti religione obligatis, vel Episcopis ab eorum Sacerdotibus. Quid ergo mirum quod ad caelum facilem pareret aditum, & mortis fecunditatem adferat, iudicio etiam antiquorum Sanctorum: Ideo benedixit S. Theodorus Strucira ait: Obedientia mortis securitatem parit. Et obedientibus licet esse imperterritis (ad mortem & tribunal iudicis Christi), qui dilecto audientes se praebeat onemq; studium in obedientia ponunt. Hanc ob causam, merito S. Iohannes Climacus appellavit obedientiam, immediatam ad Deum excusationem, metus mortis contemtionem, tutam navigationem, confectum dormendo iter. Et qui pie suam animam obedendo mortificaverit, securus prae omnibus rationem reddet. Et infra: Qui subiectus est, atque aliorum parer imperio, ipse adversum seipsum sententiam fert. Nam si quidem propter Deum perfecte obediit, etsi non perfecte obtemperare videatur, omni iudicio se exiit. Et infra: Si quis conscientiam suam mundissimam in Patris spirituali subiectione servavit, hic iam mortem vel somnum, imino vero vi vitam, quod tunc intrepidus expectat, certissimè sciens, obitus tempore, sui ipsius non a se sed a Patre, rationem esse requiritendam.

19. Secunda doctrina est S. Birgittae a Christo Domino data: Quid times: etiamsi decies comederes in die propter obedientiam, non tibi imputabitur in peccatum. Nam Virginitas, meretur coronam; viduitas appropinquat Deo; sed obedientia omnes introducit ad gloriam: Et alibi: Obedientia est virtus, qua perficiuntur imperfecta: & omnes negligentia extinguuntur. Et alibi: Mariae laudabilis obedientia; sanctum Spiritum illi sibi attraxit, quod per eam omnium gratiarum donis repleta fuit. Nec mitum, Est enim obedientia, ut ait S. Augustinus, maxima virtus, & ut sic dicitur

extremum omnium origo materque virtutum. Quod etiam asserit S. Gregorius Papa.

Tertia doctrina tradita fuit a Deo B. Catharine Bononiensi Franciscanae vitae sanctitate, corporis ad hunc diem integritate, omnibus aspectabili, & aliis miraculis clara; & Missa ac Ecclesiastico Officio, ac in Martyrologium Romanum inscriptione, celebri: Hec in libello Italico, deo iubente a se conscripto, ista de valore obedientiae scripta reliquit:

Obedientia magis sine dubio est meritoria, quam vlla penitentia, qua potest fieri. Et alibi: Quis dubitare potest de sua salute, si finiat vitam in obedientia qua veram servam suo Domino (scilicet Christo) pius similem facit, quam vlla alia virtus. Itaque qui vult erigere bonum adificium, accipiat illam pro suo fundamento: & credat firmiter, semel hinc salvandum per illam, quam per vllam penitentiam, ieiunium, & quamvis contemtionem. Non est vlla rationalis creatura adeo exigui intellectus, qua non debeat cognoscere, e veram Religiosam non posse pro Domino suo facere rem maiorem, eique magis gratam, quam dare se totam pro eo, relinquendo proprium arbitrium: quia manifestum est, creaturam, qua se submittit aliis, pro amore sui Creatoris, rem facere maiorem, & plus mereri, illa que servit ei cum arbitrio proprio. Et si Abraham fuit iustificatus, quia obediit solum Deo, quanto magis iustificabitur illa creatura, qua pro amore Dei submittit se ad obediendum serva ipsius Dei.

Quarta doctrina est B. Mariae Magdalene de Pazzis. Ab hac in quodam captu caelesti, abstracta a sensibus, audita est talis commendatio obedientiae: Multo manus est in conspectu Dei paruum opus, factum a religioso cum obedientia & simplicitate, quam aliud multo magis heroicum & apparens factum etiam pro Deo, sed cum investigatione & discursibus humane prudentiae. Eadem Deus inter quinque perenda ab eo, pro conseruatione cuiusvis Ordinis, ne a primo uo Insti uo desciscat, secundo loco indicant, petendum esse, ut semper obseruetur perfecte votum obedientiae.

B. Ioanna de Cruce, dicebat, campantulam, & quoduis signum obedientiae, esse Dei vocem, cui debemus obedire, si volumus Deo placere.

Simili modo S. Francisca Romana res quas diuinitus seiebat se debere exequi, dum id petaret eius Confessarius, non exequatur sine Confessarii consensu, utque in ea Deus probabat. Quocirca non nisi probante Confessario illa exequatur, postquam ei persuasisset hanc esse Diuinam voluntatem. Ita ostendebat magnam estimationem, in qua debent esse Dei Ministri, qui ab eo dantur pro nostra directione spiritali: Eadem S. Francisca apparens S. Birgitta iussit, ut ad imitationem sui, nunquam discederet a obedientia, cum sit vera via operandi mirabilia, & addidit, ut si forte euocaretur ab obedientia dum cum magna suauitate loquitur cum suo dilecto Domino, sine vlla mora relinqueret illam conuersationem propter obedientiam.

fer. 13.

grad. 4.

1.6. Reu. cap. 11.

1.6. Reu. cap. 11. ser. Angel. c. 12.

1.1. con. adu. c. 14.

1.1. mor. cap. 10.

9. Martij. de armat. S. 1. p. 19.

21. P. 48.

22.

23.

24. 4. d. vita. cap. 8.

25. 4. p. vita. cap. 14.

26.

1.1. c. 17. vita.

1.1. c. 17.

S. Te.

S. Teresa, uti in eius vitâ scribit Didacus Pelusius, aiebat, non esse obedientem, est non esse Monialium: quia videbantur ei omnia alia, respectu Obedientia: tanquam accidentia respectu substantia. Præterea dicebat: Si omnes Angeli caelestes viderent, aliquid ei dicerent, & Superior vel Confessarius aliud, quamuis sciret eos Angelos esse bonos, non quod illi, sed quod Superior iuberet, faceret: quia hoc est securus, inquit: & qui id sequitur, decipi non potest.

Eadem Sancta Teresa, in libro Foundationū, scriptum reliquit hoc Obedientia: elogiū. Credo equidem, demonem, qui videat nullam esse viam, quæ hominem citius expeditur, quæ summam perfectionem conducat, quam obedientiam; hinc tot fastidiosorum, displicentiarum, & difficultatum genera, ei in hac ipsa obuiere, idq. sub boni alicuius prætextu. Deinde pergit eadem Sancta id confirmare: Cur autem (meo quidem iudicio) obedientia citius hominem ad beatum hunc statum peruenire faciat; & cur optimum ipsa & maximum ad illud sit medium, est hoc; quod enim voluntatis nostræ Domini nullatenus simus, at eam purè sincere, omnem, quanta est, in Deum impendendam, quoad usque eam rationi subiiciamus, obedientia illam subicit: & hinc Obedientia compendiosissima & verissima est via ad perfectionem, quæ consistit in tam perfecta voluntatis nostræ cum Diuinâ conformitate, nihil re Deam velle intelligamus, quæ non & ipsi omni nostra voluntate velimus, & tam libenter amara & aspera, quam mollia & sapida suscipiamus: si Maiestatem Diuinam id velle nouerimus. Ideo mirum non est, hanc Sanctam desiderasse habere virtutem obedientia: plus quam aliud; ut scriptum reliquit in ratione visitandi Conuentus Monialium ipso initio. Eratio in loco, Dico, inquit, si quæ voto ad obedientiam obligata, in eâ deficit, non laborans modis omnibus, ut summâ quâ potest perfectione, votum hoc suum expleat, necire me, ad quid & quare in Monasterio viuat. Hoc saltem ipsi dico: quamdiu contra hanc peccabit, nunquam ipsam ad contemplationem peruenituram, immo ne quidem ad actiuam vitam, vitalem fore. Est hoc longe certissimum. Hinc etiam, si quis esset, qui ad obediendum non teneretur voto, & tamen ad contemplationem peruenire vult ac satagit, debet, si modo securè procedere velit, & non falli, suam ingenti cum resolutione voluntatem in Confessarij alicuius, qui contemplationis spiritum habeat, in manus resignare. Certum quippe est, fore, ut hac ratione, plus vno anno, quam aliis plurimum proficiat. Mirum autem videri non debet, S. Teresiam dixisse, nullâ viâ citius ad perfectionem conduci homines, quam obedientiâ, quia & magnorum aliorum Sanctorum, hoc de eâ fuit iudicium. Nam S. Pachomius Abbas vniuersos Monachos, promptos esse ad obedientiam commonebat, ut hoc compendio facillè apprehenderent celsa perfectionis fastigia. Itaque hic Sanctus non tantum compendiosam, id est, breuem, dixit esse viam, ad apprehendendam perfectionem, sed etiam facilem, & quidem non ad quaecumque perfectionem, sed ad celsa perfectionis fastigia. Ideo ex sensu SS. Patrum, volens

quidam Episcopus uti operâ S. Abraham Eremitæ (teste S. Ephræm Diacono) ad conuersionem Gentilium, ei reluctanti dixit: Ecce totum mundum, & qua in eo sunt reliquisti, & vitam crucifixam amplexatus es, attamen agnosce te obedientiâ, quæ cunctis virtutibus eminet, non habere. Hæc ille cum audiisset, cessit voluntati Episcopi, & dixit: Propter obedientiam, quocumque iusseris, pergam. Et S. Diadochus simili modo eam commendat: Obedientiam esse omnium virtutum introducentium principem, exploratum est: repudiatur enim arrogantiam, parit autem nobis humilitatem. Unde ianua atque aditus charitatis in Deum efficitur iis, qui libenter eam amplectuntur. Hanc cum Adam abiicisset, decidit in profundum tartarum: hanc cum amasset Dominus causa redemptionis, usque ad crucem Patri obediuit: idque cum nullâ ex parte infra illius amplitudinem esset, ut cum crimen humana inobedientia sua obedientiâ doluisset, eos, qui obedientes essent, ad beatam & immortalem vitam reduceret. Primum igitur huius virtutis habere curam oportet eos, qui studium certandi cum superbiâ diaboli suscipiunt. Hæc enim deinceps progressa, omnes vias virtutum nobis sine vilo errore demonstrabit. Quocirca mirum non est, scriptum esse à S. Gregorio & à S. P. N. Ignatio creditum, Obedientiam solam virtutem esse, quæ virtutes ceteras menti inserit, insertaq. custodit. Ostendit hoc Deus in S. Dositheo adolescente, qui, S. Dorotheo eius Magistro teste, visus est à quodam sancto Senæ, post mortem inter SS. Patres collocatus in celo, pro solâ duntaxat obedientia indiffusa obseruatione, & abnegatione propria voluntatis: nunquam enim vel semel propriam voluntatem expleuit. Ceterum in seculo delicatè nutritus fuit, & quinque tantum annos in Monasterio traduxit, & non iussus est aliquod exercitium spirituale faciens, nec biduana ieiunia peragens, vel ante consuetas vigilias surgens, nec ad ipsas vigilias, nisi post duos hymnos surgens.

Concludam hoc punctum præclarâ historiâ à pluribus descriptâ in Viris Patrum: Dixit quidam senex: Quia frater qui ad obedientiam Patris spiritualis animum dedit, maiorem mercedem habet, quam ille qui solus in eremo recesserit. Dicebat autem: quia narrauit aliquis Patrum, vidisse se quatuor Ordines in celo, quorum primus ordo erat hominum infirmorum & gratias agentium Deo: secundus ordo hospitalitatem sectantium, & instanter ministrantium eis: tertius ordo in solitudine conuersantium, & non videntium homines: quartus ordo eorum, qui ad obediendum spiritualibus Patribus se subiiciunt propter Deum. Verebatur autem ordo obedientium torque aureâ & coronâ, & maiorem quam alij gloriam habebat. Et ego dixi ei, qui mihi ostendebat omnia hæc: Quomodo iste ordo, qui paruus est, maiorem quam alij gloriam habet? Et ille respondens dixit mihi: Quia qui hospitalitatem sectantur, secundum propriam voluntatem id ipsum faciunt. Similiter & qui in eremo se relegant, arbitrio suo de seculo recesserunt. Hic autem ordo, qui se ad obediendum dedit, omnes voluntates suas abiiciens, ad Deum & ad

In eius vita c. 4.

cap. 41.

Greg. l. 35. mor. c. 10. 1g. ep. de obed. n. 2.

Ruff. l. 3. num. 141. L. 3. libel. 14. n. 19. Rofv. p. 620. n. 19.

iusionem Patris spiritualis: propterea & maiorem gloriam alii habet. Quapropter. ò fili, bona est obedientia, quæ propter Deum fit. Intendite ergo. filij, virtutis huius aliquod ex parte vestigium. Obedientia salus est omnium fidelium. Obedientia genitrix est omnium virtutum. Obedientia regni calorum inuentrix est. Obedientia celos aperiens, & homines de terra eleuans est. Obedientia cohabitatrix Angelorum est. Obedientia Sanctorum omnium cibus est. Ex hac enim ablactati sunt, & per hanc ad perfectionem venerunt.

Da igitur operam, vt in obediendo iuxta Regularum præscriptum, anima tua se perfecte morigeram Sponso suo caelesti exhibeat, dum tibi aliquid per suos Vicarios, & veluti Legatos faciendum vel fugiendum nuntiat.

CAPVT TERTIVM.

Continet sextum, septimum, & octauum Monita, de progressu in virtutibus curando, & in quo is situs sit.

28. **M**onitum sextum. Quoniam bonæ sponse tribus conditionibus supra commemoratis non contentæ, vehementer optant, magis ac magis indies, placere sponis suis; magis ac magis ab illis amari: nec hoc tantum, sed etiã ad maiorem sponforum commendationem & gloriam, à suis sponis magis ac magis ditari; ideo & tua anima, propter maiorem Dei gloriam, hæc ipsa à Sponso suo caelesti debet expetere, postquam se videt magis ei esse adstrictam sancto vinculo votorum, vel bonorum propositorum efficaci voluntate Deo oblatorum. Hæc autem omnino assequeris, si seruatis illis, quæ supra explicata sunt, seridè & constanter curabis, semper in viâ Diuini seruitij progressum facere, vt præscriptum est Regul. 22. Summarij. Quod sanè vehementer Deus desiderat. Nam, vt ait S. Gregorius Nyssenus, *Immutabilis Dei bonitas, animam, quam semel ad participationem vocauit, indies vocat, vt se ipsa maior fiat, & augeatur per eius, quod accepit bonum, maiorem acceptionem eamq; tanquam in scalarum ascensu, per virtutis ascensionem ad fastigium perducit. Propterea, quod cum semel sponsa dixit: Surge, propera, & veni, iterum dixit: Surge, & cum venisset, rursus dixit, Veni. Neque enim ei, qui verè surgit, vnquam deerit, semper surgere; neque ei, qui currit ad Dominum, vnquam consumetur amplum & latum campi spatium ad diuinum cursum consciciendum. Oportet enim semper surgere & excitari, & per cursum appropinquando, nunquam cessare. Quamobrem, quoties dicit: Surge & veni, toties ad id, quod est melius ascensionem, ea qua deinceps sequuntur, adiciuntur à verbo. Nam qui pulchrum ex pulchro iubet fieri, aperte suggerit illud Apostolicum, iubens eandem imaginem, à gloriâ transformari in gloriam: adeo vt semper videatur esse gloria, quod accipitur, & quod semper inuenitur: Et licet sit magnum &*

hom. 3. in
Cant.

excelsum, credatur esse minus eo quod speratur: sic ergo cum esset columba, quæ rectè gesserat, nihilominus eam rursus iubet fieri columbam, per transformationem in id, quod est melius.

Monitum septimum. Si quæras, in quo situs sit progressus iste continuus in viâ Diuini seruitij: & transformatio in id quod est melius?

Respondeo profectum in virtutibus, situm esse præcipuè in his quatuor rebus.

Primò. Si indies minus magis ac magis peccata & imperfectiones.

Secundò. Si coneris indies opera ordinaria, quæ facis, facere melius, hoc est, diligentius & feruentius, quàm die præterito.

Tertid. Si efficaci applicatione animi, contenderis indies magis ac magis refrænare passionem naturalem, & inclinationes malas, ita vt non tantum te ad peccatum vllum non pertrahant, sed ne quidem valdè perturbent, vel inquietum reddant, & ne ita rationem offuscet, vt illa voluntatem valdè inclinet ad peccatum.

Quartò. Si indies magis ac magis amaueris Christi crucem, hoc est, omnes illas res, quæ tuo amori proprio displicent, vt sunt, mala aliorum de te opinio, calumniæ, detractioes, & quæuis famæ tuæ personalis læsio, vel iactura, confusio tui & humilitatio coram aliis; contemptus tui verbis vel factis vel omissionibus rerum speciosarum à tuo amore proprio expetitarum, declaratus: tui non promotio ad loca, ad officia, & gradus speciosos: tui ab occupationibus honorificis degradatio: & his similia, vt sunt incommoditates cubiculi, lecti, victus, aëris, vestium, labores magni, plura simul officia obeunda iniuncta, & omnia paupertatis incommoda, ac morborum vel indispositionum sanitatis, molestiæ, vel nullo, vel non sufficienti remedio subleuata ab iis quibus hoc incumbit.

Qui in his quatuor rebus se exercuerit seridè, magnis passibus, & citò ad altissima perueniet, heroicarum virtutum fastigia: habebit enim inter alia bona, à se sublata impedimenta omnia, quæ impediunt, & retardant spiritualem progressum. Quæ admodum grauiæ & rotunda corpora, inquit S. Greg. Nyssenus, si è cacumibus montium lapsa deorsum fuerint, etsi nullus postea impellat, ipsa tamen per se vehementiore impetu, si nihil impedimento sit, semper deferuntur, quousque ad planicie descendunt: sic anima (cuius natura sursum fertur) terrenis absoluta cupiditatibus, ardentior indies fit velociusq; pertransit, ad sublimiora semper descendens. Nã cum nihil sibi sit impedimento, per se ipsam ad naturã boni fertur. Attrahit enim ad se natura ipsius Summi boni omnes, qui ad pulchritudinis eius radios sanis possunt oculis aspicere. Ita fit, vt caelestium desiderio, semper ad maiora, vt Apostolus ait, conseruat, ac semper ad altiora peruolet, iis, quæ peracta sunt, robustior facta. Virtutis enim actio nutrit laborem, viresq; auget. Quapropter magnus Moyses, cum semel per scalam, in qua Deus in-

lib. de via
Mosis.

Gen. 18.
13.

inni-

magis suppressa &c. Medium denique vitiorum virtus tenet, ac promde sedulâ eget non solum putatione, sed & circumfione. Alioquin verendum, ne circumquaque à lambentibus vel potius à rodentibus vitiis, illa dum nesci paulatim elanguat, aut si superuenerint, suffocetur. Vnum in tanto discrimine consilium est, obseruare diligenter, & mox, vt renascentium capita appereunt proinprâ seueritate succidere. Non potest virtus cum vitiis pariter crescere. Ergo vt illa vigeat, ista crescere non sinantur. Tolle superflua, & salubria surgunt; vilitati accedit, quicquid cupiditati demit &c. Nobis fratres, putationis semper est tempus, sicut semper est opus. Sed vt hæc anima putatio succedat, & releatio vitiorum, ac circumfio virtutum, seruanda sunt exacte omnes (nullâ proflus prætermittâ) Additiones, à S. P. N. Ignatio traditæ, præsertim secunda de scribendis lineis, punctis, & de rot signandis in illis lineis, quoties quis lapsus est, vel non facit, quæ se facturum statuerat. Item tertia & quarta, de conferendis examinibus, matutino cum vespertino, & diei præcedentis cum secundo, & duarum hebdomadarum inter se idque eo fine, vt cognoscatur profectus vel defectus in progressu, seu regressu. Præclarum huius diligentie exemplum nobis reliquit P. Ioannes de Cannas mortuus in Collegio Malicensi Prouinciæ Bæticæ anno 1596. insigni nos regendi dono præditus, ob quod quadraginta annorum, quibus in Societate vixit, magnam partem in regendo versatus, sanctitatis opinione celebris, inter cuius chirographa post mortem libellus inuentus est, in quem peculiare conscientie sue examen retulerat lineis punctisque, de more dierum singulorum à triginta annis adusque purissime vite finem adnotatum. Impossibile est, inquit S. Ioannes Climacus, vt qui artem aliquam totis animis addiscunt, non illâ quotidie proficiant: verum aliqui ex his profectum suum agnoscunt, alij verò Dei dispensationem ignorant. Optimus ille Trapezita est qui quotidie vespere lucrum & detrimentum omnino computat. Quod scire manifeste non potest, nisi horis singulis in tabulis omnia denoret. Nam cum calculi singulis horis ponuntur, totius diei ratio postmodum clarius cognoscitur. Sed quia satis non est ad cognoscendum progressum, vnius diei gesta inquirere, etiam collatio temporum adhibenda est. Comparanda est dies instans, inquit S. Bernardus, diei præterita, vt ex eorum collatione, suum deprehendere possit monachus, vel profectum vel defectum. Et monuerat antea S. Basilus: Quæ singulis diebus feceris opera, ea vespere tecum ipse commemora, & cum iis qua feceras pridie conferto, studiosè, operam dato vt melior indies magis ac magis existas. Sed quia neque hoc sufficit, addit S. Chrysostomus: Scrutemur quisque conscientiam, & rationem examinemus, & consideremus, quidnam in hac hebdomadâ probe actum sit, quid in alia, & quale augmentum fecerimus ad sequentem, quas in nobis affectiones correxerimus. Hac diligentia non contentus S. Dorotheus, insignis vitæ spiritualis Magister, sic docet: Perdiscas vnusquisque vbi nam sit, quous in statu

An. 1596.
pag. 487.
488.

34.

32.

Spec. mō.

f. de abd.
ter.

h. 11. in
Genef.

33.

34.

ser. 10.

quot iam miliaria peregerit, quantumque promoueris seu perfecerit: Etenim non modo per singulos dies verum etiam per singula temporum momenta, per singulos menses & hebdomadas, nos ipsos scrutari, rimari, ac discutere sedulo debemus, & dicere nobis ipsis: Primâ hebdomadâ summa vehementia, ad talem passionem delapsus sum, nunc verò quomodo me habeo: num quidquam profeci? Pari modo, per singula temporum spatia dicendum: Anno præterito hac passione deuius sum, nunc verò quomodo me habeo: atque ad eum modum per singula vitia nos ipsos debemus inspicere, num aliquantulum profecerimus, vel in eisdem voluimus, aut certe ad deteriora prolapsi sumus.

Ex his apparet, non in vnâ aliqua chartulâ, vel pugillaribus, vel in tabellâ, cerâ illita, vel in Rosario aut certo globulorum appensorum numero, signanda esse puncta nostrorum lapsuum, sed libellum esse oportere plurium foliorum, non eulforum: quia nisi id fiat, non potest agnosci discrimen, profectus vnius hebdomadæ, & mensis, & anni, si conferatur cum alterâ hebdomadâ, mense, & anno. Cum tamen Societatis hominibus omnibus, dum ratio conscientie redditur Superioribus, manifestandum omnino sit, Num post vltimam rationem conscientie, quam reddidit, maiorem an minorem fructum fecerit: quem admodum præscriptum est in Instructioe pro aperienda conscientia num. 9. Cum autem ij qui sunt in gradu vltimo in Societate, semel quotannis rationem conscientie reddant, & vna pars profectus spiritualis, & quidem prima omnium, seu, vt loquitur apud Cassianum Abbas Isaac, ante omnia sit repurgium vitiorum, habendus est (vt ita dicam) spiritualium rationum libet, more mercatorum; ex cuius inspectione, cognosci certò possint lucra vel damna omnium temporum. Et hoc ipsum videtur commendare S. Chrysostomus: Rationarium, inquit, nobis conficiamus eorum, que accepimus, & que expendimus, quidnam vtiliter locuti simus, & quod otiosum verbum protulerimus, quid vitæ per aures in animam intro miserimus &c. Similem nostræ diligentiam adhiberi voluit S. Antonius qui iubebat à suis notari in tabulâ cerâ defectus proprios, quasi sub oculis, inquit, nostris, & cogitata confundimur & acta: Si omnia faciamus referenda (scilicet Superiori vel P. Spirituali) multò autem magis, si peccata nostra fideliter describentes, digeramus in ordinem. Tunc verò annotatio delictorum, Fratrum videbitur oculis (scilicet eorum quibus referenda sunt, nostri Moderatorum) si timebimus ceras peccati conscientias, ipsi nos arguant, apices: & quomodo meretricibus membra miscentes, confunduntur ad præsentiam ceterorum, ita & nos erubescemus ad literas (scilicet ad libellum, in quo annotauimus nostra peccata) si hæc egamus.

Porro hoc loco monendum censeo Lectorem, falsissimum esse id quod scripsit de S. P. N. Ignatio P. Rodericus 1. p. tr. 7. cap. 10. quasi ha-

Coll. 9.
cap. 1.

hom. 4. in
Genef.

c. 28. vita.

huerit ligulam è cingulo pendentem, in qua nodos faceret tot, in quor defectus laberetur, quia ab eius familiaribus & cubiculariis didici nil tale sanctum Patrem habuisse, quippe omnes extraordinarios ritus declinantem; tum quia ab antiquissimis Patribus ei coeuis rescitum, illum in libello paruo notasse puncta examinis particularis (prout faciendum aliis praescripserat in libro Exercitorum) & talem libellum eo mortuo inuentum esse sub eius cervicali, in quo annotauerat illo ipso die naturali quo mortuus est, puncta aliquot non lapsuum in defectus aliquos, sed omissionum actuum quorundam virtutis, quos in certo numero elicere proposuerat. Et idem fecisse, exemplo S.P. Ignatii motum, scribitur in vita P. Baltharis Aluarez cap. 30. pag. 343. valde sanctum fratrem Joannem Ortunium, qui etiam in extrema aegritudine vsque ad diem praecedentem ipsam mortem annotabat defectus in libello abscondito & conferebat vnum diem cum altero. Valde enim, inquit P. Ludouicus de Ponte, magno honori commodoq; sibi decebat, quod vestigia sequeretur sancti Fundatoris, quem Dominus noster tanquam ducem ipsi dedisset, quem voluit imitari in hoc, & vestigia eius sequi, de quo idem scribitur.

Quod si quaras, quae ratio tenenda sit in Collegiis, studiorum tempore, circa Examen particulare?

36. Respondeo, duplex hominum genus mitti ex Domo probationis, ad literarum studia in Collegiis tractanda, siue docendo siue discendo in Scholis: alij sunt, qui cum fuerint adhuc in seculo sancti (vti fuere B. Aloysius, B. Stanislaus, & his similes) & liberi à frequenti lapsu in certa vitia; vel, qui, etsi essent valde imperfecti in seculo, & vitiis saltem venialibus frequentibus dediti tamen in Domo probationis, omnia profus extirparunt vitia, per particularis Examinis vsu, in quae frequenter labebantur antea (nec enim omnia vitia, sunt materia Examinis particularis, sed sola illa, in quae quis frequentius labitur vti apparet ex libro Exercitorum) hi circa virtutum actus spontaneos, certis temporibus & horis, certo quotidie modo elicendos iuxta directionem Superiorum, particulare debent instituire Examen, in quo annotent quot omiserint temporis partes vel horas diei, in quibus, non persoluerint pensum statutum, actuum elicendorum in vigilia. Et tale fuit Examen S.P.N. Ignatii, quod illum fecisse illo ipso die quo mortuus est, apparuit in eius libello post mortem inuento, continente lineas defectas inferiores superioribus breuiiores, puncta in eis annotata habente. Quod quidem ex antiqua traditione Patrum antiquorum didici Romae ante 50. annos. & scribit hoc ipsum, P. Ludouicus de Palma prima parte Itineris perfectionis l. 5. c. 10. nisi quis velit dicere, Examen sancti Patris fuisse circa imperfectiones seu de-

fectus non culpabiles, qui peccata non sint, sunt tamen naui quidam, qui inhaerentes in nostris operibus, faciunt ea, non vsquequaque perfecta & sancta. Talibus enim naui, omnes profus Sanctos, solo Christo excepto, fuisse obnoxios, docent Sancti à me citati in Opusculo de natura & gradibus puritatis.

Alij ad Collegia veniunt nondum extirpatis defectibus, in quos frequententer labuntur. Talibus vt Examen particulare succurrat ad eos extirpandos, horum rationem habeant.

Primo, non aggrediantur simul plurium extirpationem defectuum; Satis esse dixerim, inquit S. Basilius, scribens ad Chilonem suum discipulum, sensim te promouere. Falle voluptates (per quas, quaeuis vitia intelligit) ab eis te per gradus auocans, illarumq; singularem exinaniens ac obliterans consuetudinem: ne confertim, & velut agnive facta, in te vnum, omnes ad vnam irritata cooriantur, turbulentaq; accersant menti tuae tentationum intemperiem. Vnam aliquam earum voluptatum, profus si coningeret euincere te, mox aduersus alteram accingitor, vnamq; instruito spirituale: adeoq; non intempestiuam de singulis, vna pristina illecebris consequere victoriam. Voluptatis vitique nomen, etsi vnum est, quae tamen ad eam explendam promouent, res non vnae sunt. Cum vno ergo aliquo & solo vitio eradicando, certamen ineundum est: Et hoc ipsum aperte indicat Sanctus Pater, dum ait, Examen

37.

epist. ad Chilonem,

instituentum esse, circa peccatum aut vitium aliquod particulare, à quo emendari cupit. Clare & S. Chrysostomus hoc docet: Discamus, inquit, & vitia nostra tempore corrigamus, hoc mense vnum, alio aliud, & ita consequenter meliores efficiemur: sic enim tanquam per gradus ascendentes, per scalam Iacob, ad caelum perueniemus.

Dices: Si cum vno tantum vitio pugnandum est, si tunc ab aliis vitiis inuadatur facile vincar, quippe inopinatè illis ad certamen venientibus.

38.

Respondeo cum Serapione Abbate: Non putandum, inquit, quod quis principaliter contra vnum dimittant vitium, & velut incautus, aliorum tela prospiciens inopinato ictu facilius possit sauciari, quod nequaquam fiet. Impossibile namque est, eum, qui pro sui cordis emundatione sollicitus, erga impugnationem vitij cuiuslibet, intentionem suam mentis armauerit aduersus cetera quoque vitia generalem quandam honorem & custodiam similem non habere. Quo enim modo vel de illa, quae absolutè desiderat, passione, merebitur obtinere victoriam, qui se indignum purgationis premio, aliorum facit contagio vitiorum. Sed cum principalis cordis nostri intentio, vel specialis sibi pugnam aduersus exceperit passionem, pro ipsa orabit ardentius, peculiari sollicitudine ac studio supplicans, vt eam diligentius obseruare, & per haec celerem mereatur habere victoriam. Hunc namque nos ordinem praeriorum exercere debere, nec tamen de nostra virtute confidere, etiam

Coll. 5. cap. 14.

Deut. 7.

Legislator his docet verbis: Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est, Deus magnus & terribilis.

ribilis: ipse consumet nationes has, in conspectu tuo paulatim atque per partes. Bene dixit peritus rerum spiritualium Magister hic Abbas Serapion, dum impugnatur vnum vitium nominatim, alia quoque vitia imperi, seu arcei, horrore erga illa, & custodia nostri contra illa. Quia quamdiu horror durat in animo erga vitia, & custodia nostri ne debellatur ab illis, impossibile est in ea labi. Præterea, quod Serapion non attingit, cum hoc horrore vitorum & custodia nostri, semper sunt coniuncti heroici virtutum actus aliquot, per quos non tantum vitia debilitantur & expelluntur, vel saltem minuuntur, sed etiam virtutes crescunt, nouis gradibus auctis per actus, & veteres corroborantur. Horror enim vitorum, nunquam est sine magna erga Deum, & alia erga virtutes ipsas dilectione, per quæ (Deo infundente) crescit habitus amoris erga Deum & erga virtutes. Dum autem elicitur ab homine iusto augens habitum charitatis solus actus Dei dilectionis supernaturalis, simul omnes supernaturalium augentur. Et cum vitia debellantur ac minuuntur, & expellatur per actus contrarios virtutum (vt aliqui putant) vel, vt alij per habitus illis actibus productos seu auctos, hinc fit, vt dum debellatur vnum vitium, cetera quoque minuuntur & debellantur, vel totaliter (si sint actus valde intensi) vel saltem ex parte, si sint remissi. Sed dum etiam remissi multiplicantur, paruos gradus & veluti partes habituum vitiosorum excludunt, & sic animam a vitiis purgant, sensim & successiue, & simul eandem virtutum habitibus ornant & veluti pingunt & vestiunt. Nam, vt ait S. Chrysostomus, Virtutis munus est: quasi amicare animam & quidem amicare exornando. Et S. Gregorius Nyllenus, Virtutem dicit esse animam veluti Regine purpuram ac regium cultum & viuos colores, quibus in ea pulchritudo Diuina exprimitur. Itaque per examen particulare etiam dum ad vnum vitium debellandum suscipitur, præter diminutionem eius & aliorum vitorum, etiam virtutes interuntur expugnatrices vitorum, & animæ ornatrices, vt sit iucundissimum habitaculum Deo anima sic mundata a vitiis, & virtutum coloribus exornata.

Secundo, non quoduis (etli vnum solum vitium) per particulare Examen expugnandum est, sed, vt monet S. Chrysostomus, Vnusquisque operam det, vt vitium quod sibi magis, quam cetera, infestum sentit, ex anima excuset. Alio vero in loco, non tanquam imperans, sed modestius hoc ipsum inculeans, sic rogat, & quidem sæculares Antiochenos, & quidem, nullum illorum excipient: Quemque vestrum, inquit, rogo, vt si non ante a, deticeps saltem, quem se plus alius vexare defectum cognouit, hunc ex animo præcidere studeat. & pia quadam cogitatione, quasi spirituali vrens gladio, semetipsum a vitio liberet.

Hoc ipsum suadebat Seneca: Videamus, ait, quid sit, quod nos maxime concitet. Alium verborum,

alium rerum contumelia mouent. hic vult nobilitati sue, hic fame sue parci, ille elegantissimus haberi cupit, hic doctissimus: hic superbie impatientis est, hic contumacie, ille seruos non putat dignos, quibus irascatur. hic intra domum seuus est, foris mitis: ille rogari, iniuriam iudicat, hic non rogari, contumeliam. Non omnes ab eadem parte feriuntur. Scire itaque oportet, quid in te imbecillum sit, vt id maxime protegas. Quod etiam commendat S. Gregorius Papa, & S. Ioannes 1.5. mor. Climacens: Qui seruo quodam vitio amplius vrgeri cap. 31. confpicit, contra ipsum & solum ante omnia se ipsum armet. & maxime si hostis infestus sit. Nisi enim iste profligatus fuerit, nihil nobis visisse reliquos proderit.

Tertio, si quis a pluribus infestetur vitiis, inchoet Examen a faciliore vitio, quo superato, animabitur ad superanda difficiliora. Hoc S. Chrysostomus docet: Vitorum extirpationem a faciliore exordiendam, & nobis quotidianas ponendas leges: hoc est, ne sollicitudine de futuro tempore tereamur, quasi desperantes de non relabendo in vitia, sed tantum, vt illo die (quod facilius fore agnosimus) velimus abstinere a certis vitiis: Si priora vero correxerimus, inquit, non illa tantum erunt correcta, verum & sequentia, propter præcedentia. Fortior enim iam efficitur ratio, ad illorum subuersionem &c. si enim sat amicam aliquam consuetudinem aliquis resciderit, & non solum hoc peractum est, verum & alia pietas est subintroducenda. Non enim volet facile quicquam aliud mali facere, sed virtutem iam exhibitam reuerbitur, sicut enim pulchrum gestans vestimentum, luto seipsum inuoluere consuevit, similiter & hic. Nominatim autem ab his extirpationem inchoandam docet ibidem. Peritura, mendacium, simulationem, dolorem, maleficium, conuictum, dicacitatem, ridiculositatem, turpilocquia, scurrilitates. Quorum sane aliqua, etsi valde sint graua, & quæ in religiosis non reperiantur, tamen cum id S. Chrysostomus dixerit, in concione ad vulgum secularem, leuia hæc apud eos esse sciens, & his alia, longè grauiora, mirum non est, eum, hæc, inter leuia enumerasse.

Quarto, superatis faciliore vitiis, perfectionis studiosus, armet se Examine, contra illud vitium, quod in illo est maius. Hoc est consilium Serapionis Abbatis apud Cassianum: Cum, inquit, se ab eâ (id est, imperfectione) senserit absolutum, rursum latebras sui cordis simili intentione perlustret, & exploret, quam sibi inter reliquas perpererit diuorem, atque aduersus eam, specialius omnia Spiritus arma commoueat, & ita semper validioribus superatis, celerem de residuis habebit facilem, victoriam, quia & mens triumphorum processu reddetur fortior, & infirmiorum pugna succedens, promptiorem ei pronentum faciet prætorum: vt fieri solet ab his, qui coram Regibus mundi huius, omnigenis congregati bestiiæ præmiorum contemplatione, conuenerunt; quod spectaculi genus vulgo pancarpum nuncupatur. Hi, inquam, seras quas-cunque fortiores robore vel feritatis rabie conspexerint diuiores, aduersus eas, primæ congregationis certamen arripiunt.

S. Th. 1.2.
q. 51. a. 4.
ad 3.

h. 25. in
acta in
moral.
l. de opif.
hom. c. 4.

39.
h. 11. in
Genes.

h. 73. ad
pop.

lib. de ira,
cap. 10.

40.

h. 76. ad
pop. col. 1.

nom. 3.

Coll. 1.
Ind. c. 1.
Coll. c. 1.
s. c. 1. 10.
Ber. de
tafoli.
31.

ga. 8.

39-9.

Coll. 1.
cap. 14.

10.

dant, vana gloria, fiducia sui, negligentia Dei, iactantia, mobilitas, contemptus, presumptio, & cetera animi pestes, qua profuere solent ex amore & vsu superbia. Et in hunc modum, omnia genera vitiorum, ex aliquo male voluntatis affectu, vel mala consuetudinis vsu, suam singula ducunt matricem originem, qua quanto diutius menti inoluta est, tanto fortius haeret, & fortioribus remediis eget & curam requirit diligentior.

h. 44. ad pop.

42. l. 31. mor. cap. 31.

Coll. 5. c. 2. & 10. 18. l. 31. mor. cap. 31. Cass. l. 5. Inst. c. 1. Clim. gr. 13. & 21. 2. 2. q. 84. a. 3. & 4.

h. 44. ad pop. post haec, inanis gloria fructus, qui autem & radix. Hac enim utraque mala in alterutrum sese producere solent. Videndus etiam est S. Gregorius vitiorum propagines enumerans. Ceterum vitia, ex quibus alia oriuntur, Theologi cum S. Thoma appellant, capitalia (qua S. Gregorius ait esse septē, Cassianus & alij apud S. Climacum, octo) Quia sicut caput est principium & directiuum animalis totius, ita quaedam vitia, non solum sunt principia aliorum, sed etiam directiua & quodammodo ductiua aliorum, non ea tantum, qua habent rationem primam originis, sicut auaritia (qua dicitur radix) & superbia (qua dicitur initium) sed & illa, qua habent rationem originis propinqua, respectu plurimum peccatorum, seu ex quibus alia oriuntur, praecipue secundum originem & rationem causam finalem. Fines enim vitiorum, habent quasdam rationes mouendi appetitum, vno modo directe & per se; & hoc modo bonum mouet appetitum, ad prosequendum malum, aut etiam secundum eandem rationem, ad fugiendum: Alio modo indirecte & quasi per aliud, sicut aliquis aliquod malum prosequitur propter aliquod bonum adiunctum, vel aliquod bonum fugit, propter aliquod malum adiunctum.

43.

Sexto, dum vel tempore ipsius lapsus, vel postea, agnoscimus nos lapsos esse in illum defectum, praeter signum doloris, quod debemus elicere ob lapsum, iuxta Additionem primam Examinis particularis, valde prodest, toties elicere actum contrarium illi defectui, ob causas Theologis notas, qua tractantur in materia de extirpatione prauorum habituum & acquisitione bonorum, nimirum quia per tales actus virtutum, augetur habitus illorum, & prauus habitus extirpantur per partes: siue id fiat immediate per actus bonos contrarios (vti putant fieri Atiminenis, Maior, Argentina, Angelus, Almainus, Paludanus, & Molina) siue mediante habitu bono contrario, per bonos actus productos, vti verosimiliter docent Gabriel, Medina, Zumel, Azor, Suarez, Vasquez. Frequentandi ergo sunt actus boni, vt per eos extirpentur habitus acquisiti prauis: praesertim, si verum est, (vti graues Theologi docent cum Medina) quolibet actu minui habitum oppositum, quantum uis intensum & diu radicatum: immo (vt post alios docet N.P. Tanner.) habitus morales remissos, vno actu contrario, non valde intenso corrumpi, quinimodo satis intensos ab actu contrario intensiore extirpari.

Ari. 1. d. 17. q. 3. a. 2. ad 10. Ma. 3. d. 23. q. 3. An. in moral. cap. 3. §. 3. Alm. tr. 1. cap. 18. Pal. 3. d. 33. q. 2. a. 2. Mol. 1. p. q. 27. a. 1. disput. 8. m. c. m. b. 2.

Hoc etiam ad iterandos actus bonos, defe-

ctibus (in quos labimur) contrarios, etiam tepidos, excitare potest, quod doceant probabilis, Henricus, Scotus, Durandus, Maior, Palatius, Vasquez, Ricardus, Gabriel, Valentia & Suarez cum Tannero per quemlibet actum, etiam remissum, acquiri habitum bonum virtutis; cum que statim augeti putat Durandus, Maior, Tanner. & alij nonnulli.

Septimo Tandiu Examen circa vnum vitium instituendum est, donec plene extirpetur, ita, vt ne semel quidem in illud labi, per tempus notabile contingat. Nam, vt bene ait Seneca, Remedia non profunt, nisi immorentur. Ne ergo remedium mutet, inquit idem, nec aliud pro alio accipias: sed vsque ad terminum perfecta sanitatis, medicinalis obedientiae remedio vtere. Vitia enim nostra, sunt veluti astute vulpeculae, qua fingunt se mortuas, & tanquam mortuae prosteruntur in campo, vt aues grandiores, specie cadaueris mortui deceptas, aduolantes rapiant & deuorent: Credite mihi, inquit S. Bernardus, vitia & putata repullulant, & effugata redeunt; & reaccenduntur extincta, & sopita denud excitantur. Parum est ergo semel putasse, saepe putandum est, imo si fieri possit, semper: quia semper quod putari oporteat (si non dissimulas) inuenies quantumlibet in hoc corpore manens, profeceris, erras si putas emortua, & non magis suppressa. Et, vt ait S. Iohannes Climacus, Solent etiam adu sopita vitia facillime reuiuiscere. Et, vt alibi docet, Demones ac vitia, vel perturbationes, ad tempus aliquod, etiam iugiter ab anima discedunt: quot autem modis, eorum huiusmodi a nobis discessio fiat, paucissimi sciunt. Sed, vt monet B. Laurentius Iustinianus, Malignus Spiritus nonnunquam etiam fugas simulat, & tanquam superatum se cessisse videtur, quod pugnantis genus paucissimis notum est. Multis sui notitia perfecta destitutus quadrat illud, quod legitimum in Vitis Patrum de quodam fene, qui cum 50. annis esset in deserto neque panem gustans, neque aquam ad satietatem accipiens, dicebat ipse: Quia occidi vanam gloriam & auaritiam. Quod cum audisset Abbas Abraham, venit ad eum, & requisitum illum sermonem, si ipse dixisset: Ac illo consensente, dixit ei Abraham: Ecce dum per viam ambulabas, vides lapides & fragmenta laterculorum, & inter hac massam auri, nec potest cogitatio tua illud simile illis aliis iudicare? Dicit ei Senex: Non: Sed iterum pugno cum cogitationibus meis. Ecce enim viuunt auaritia, sed ligata est. Item dixit Abraham: Hic diligit te & laudat, aliter verò te horret & detrahit: si vtrique veniunt ad te, non vtroque aequaliter aspicias? Dixit ei Senex: Non: Sed iterum pugno cum cogitatione mea, vt & illum diligam quem horreo. Cui Abbas Abraham ait: Ecce ergo viuunt in te passiones adhuc, sed ligatae sunt a Sanctis, quae tibi forte propter vitam tuam permanent. Pulchre hoc declaratur in disputatione quadam S. Gregorij Nysseni habitam cum forore: Quem admodum illi qui in steridioribus locis diuitius commorati sunt, nec si in purum quidem suauem & amenum aërem transuerint integri ac vacui sint ab illo ingrato

Gab. 3. d. 23. q. 1. a. 2. dub. 6. Zum. q. 77. a. 1. disp. 2. Az. l. 3. c. 23. q. 1. a. 2. Suar. c. 2. mat. disp. 4. l. 12. n. 2. Vaq. l. 4. d. 81. c. 2. Tan. a. 2. disp. 3. q. 1. dub. 5. Med. 1. l. 1. q. 53. a. 2. dub. 2. Sen. epist. 40. epist. 1. l. 8. in Cant. 45. gr. 3. & 26. de interi. ori conflict. 5. Ruf. l. 3. num. 117. Pal. libel. 10. n. 5. Rol. pag. 517. coll. Ibid. de animi & relict.

grato & inuicundo odore, quem propter diuturniorem in eo commorationem contraxerunt: ita ne tum quidem cum carnalis vita cum subtili & inuisibili commutata fuerit fieri possit, quoniam carnis amantes profusus attrahant aliquid ex graueolentia & fetore carnali. Vt ergo hac reidua graueolentia abigatur, ad laborandum adhuc est. Et non puremus, extirpata esse vitia facile, ea vitia quae existimamus esse extirpata.

Idco, vt bene monet S. Ilicidorus Pelusiota, per summam curam ac diligentiam grassetur vulnerum animi curatio. Nam quae cicatricem prematurè duxerunt, plerumque aperiri ac recrudescere consueverunt.

Idco dum sentitur quies quaedam in mente & corpore, non exerentibus vires suas passionibus & tentationibus, non est certum signum extirporum vitiorum, & domitarum passionum, & non recidurarum tentationum. Inducie saepe sunt cum hostibus, non pax perpetua. Idco non deponenda arma, vt idem S. Patriarcha Venetus monet, non temperandus rigor, non languet nostri custodia.

Verumtamen ob frequentes in aliqua lapsus, desperandum non est, generoso animo, his expugnandis insistendum, Deus saepe inuocandus, sine cuius auxilio inanis erit labor noster, nec existimandum difficilem esse virtutis viam. Est quidem difficilis initio, sed vltus & exercitatio cum Dei ope facilem reddit, semperque faciliorem, quo acceditur magis ad lumina eius culmina. *Via ad virtutem ducens, inquit Plato, est longa, ardua, & aspera: sed postquam ad summa fastigia peruenimus, est, quae ardua fuerat, facilem praestat callem.* Nec vitiorum studium magnis difficultatibus caret, quibus superandis ipsa natura diuinitus subleuata sufficet. *Sanabilibus agrotantibus, morbu ait Seneca: ipsa nos in rectum genitos natura, si emendare velimus, iuuat.* Facilis est ad beatam vitam via. Imo modo bonus auspiciu, ipsiq; Diis bene adiuantibus. Multo difficilius est ista facere, quae faciliu. Quid enim quiete otiosus animi: quid ira laboriosius? quid clementia remissius? quid crudelitate negotiosius? vacat pudicitia, libido occupatissima est, omnium denique virtutum tutela facilior est, vitia magno coluntur. Quocirca, vt scribit S. Chrysostomus, animans debiles, cum vitium corrigere ceperis, si postea semel vel secundo, vel tertio, vel vicesimo, legem transcendere, ne desperes, sed iterum surge, & studium tuum resume, & omnino victor eris. Debellato autem vno vitio, postea aggredere aliud, & tertium, donec expellas omnia. Pro quorum expulsionem nullum potest assignari certum temporis spatium, quia vnus vincit citius, alter tardius, prout Deus dat gratiam & ei correspondet homo.

46. Octauum Monitum. Qui extirpatis in Nouitiatus, in quae frequenter labebantur vitiis, quae sunt Religiosis cum secularibus communia (vt sunt ira, impatientia, superbia, pigritia, locordia in rebus agendis, gula, & alia) frequenter transgredere illas Regulas, quae natura sua nul-

lum inducunt peccatum, & a tepidis putantur semper sine vilo peccato veniali violari, talibus non assumendum est statim Examen particulare circa exercitium ipsarum virtutum, seu actuum illarum, sed prius circa transgressiones Regularum, vel vnus tantum, si quis aliquam in die saepe violare solitus sit, vel si raro transgrediatur plures, modò hanc, modò illam, circa quarum Regularum violationem se examinet, eo modo, quo S. P. Ignatius tempore Exercitiorum spiritualium, vult institui Examen particulare, ad tollendas culpas & negligentias, quae circa Exercitia & Additiones solent obrepere. Non circa vnà solam Additionem tantum, seu circa vnum solum Exercitium. Quocirca sicut tempore Exercitiorum, non circa vnam tantum rem fit examen, sed circa omnes Additiones & Exercitia, ita talibus vtilissimum, & profus necessarium est Examen circa omnes Regulas, quas violare saepius solent in die, modò hanc, modò illam, etsi nullam solam transgrediantur. Sed si notabiliter frequentius in die vnam transgredere tur aliquis, quam alias, tunc potest in illà solà per examen particulare se occupare, extirpando defectus illi contrarios.

Si quaras, circa quam Regulam primum omnium sit faciendum Examen Particulare? Respondet primum omnium faciendum est, circa violationem silentij, has ob causas:

Primo. Quia nulla Regula à tam multis, & tam saepe, vti regula de seruando silentio violatur. Cum ergo S. Pater illos potissimum defectus, Examinis particularis vsu eliminandos praescripserit, in quos saepe labi contingit, si circa defectus Regulas impetentes, Examen particulare instituendum est, à violatione silentij ducendum est initium, ex praescripto sancti Patris.

Secundo. Quia seruatio silentij, non tantum illud seruanti prodest plurimum, sed etiam ad Domus religiosae disciplinam commendandam, & ornamentum eximium confert plurimum. Hinc S. P. N. Ignatius, teste Cornelio à Lapide, in c. 30. lra. 15. tria dabit signa, ex quibus quia perspiceret, an in monasterio aliquo vel Collegio bona esset disciplina: Primo, si bene seruaretur porta & clausura. Secundo, si omnia loca nitida essent & composita. Tertio, si bene seruaretur silentium, non essent fabulae, strepitus, clamores. Ideo Sancti veteres in suis Domiciliis, valde dediti erant seruando silentio. Scribit Palladius in hist. Laus. c. 48. Sub Abbate Ammonia fuisse tria millia monachorum, tantumque exercuisse silentium, vt viderentur esse in solitudine, vnoquoque occultè peragente suum vitam institutum, solum autem specie quadam in mensa sedisse, conantes se inuicem latere. Hinc quoque adeo commendatum fuit monasterium Clarauallense sub S. Bernardo Abbate. Media die, inquit vitae eius author, media nocte silentium, à superuenientibus imminetatur, praeter laborum sonum, vel si Fratres laudibus Dei occu-

s. vlt. i. he.

lra. 15.

lra. 7.

paten-

parentur. Porro ipsius silentij ordo & fama tamam etiam apud seculares homines superuenientes sui faciebat reuerentiam, vt & ipsi, non dicam praua vel otiosa, sed aliqua etiam, quod ad rem non attineret, ibi loqui reuerentur.

Tertio. Quia violatione Regulæ silentij imperantis, ferè semper offenditur Deus, ratione materiae, per quam illa violatur, vel ratione circumstantiæ alicuius, vel aliâ de causa. *Lingua enim, nisi ratione gubernetur, in lapsum facile homines impellit*, inquit S. Nazianzenus. Et, vt ait S. Augustinus, Non frustra lingua in vdo est, quia facile labitur. Nam si quis loquatur breuiter, seu obiter de rebus necessariis vel vtilibus, non violat regulam silentij, semper autem peccatum est loqui non necessaria nec vtilia. Talis enim locutio, iudicio Theologorum, præsertim S. Gregorij, otiosa est, & à Christo Domino nominatim improbata, tanquam actio in Dei iudicio examinanda & puniendâ suo tempore.

Quarto. Cùm nunquam violetur. Regula silentij ratione materiae, nisi peccatum contineat, multis peccatis præcludetur aditus per seruatum silentium, & aperitur per violatum. Nam, vt bene ait B. Laurentius Iustinianus, præter verba otiosa tunc solent irrepere, detractiones, murmuraciones, mendacia, contentiones, iniquæ querelæ de aliis, susurraciones, scurrilitates, rixæ, risus nihij, stultiloquia, adulationes, turpiloquia, magna temporis & meliorum occupationum quibus illud tunc impendi deberet, intacta irremediabilis. *Quæ omnia*, inquit B. Iustinianus loco cit. solâ taciturnitatis censura declinantur. *Qui verò silentium negligit, sciat se peccatorum memoratos laqueos prorsus vitare non posse*. Ideo necessarium est, examinis particularis remedio, circa silentium occupati portam tot malis præcludere. Ideo S. Basilius monet: *Necessarium est perpetuum silentium, quousque per illud & à vitio pecculantiæ in dicendo sanentur, & in otio discere poterint, quid, quomodo, & quando loqui oporteat*.

Nec est, quod se excusent tempore silentij colloquentes, quasi de rebus bonis colloquantur. Id enim alio tempore faciendum est. Nam, vt Spiritus S. monet, Est tempus tacendi & tempus loquendi. Et, vt scribit S. Nazianzenus, *Pietatem non in multum & sepe de Deo loquendo, sed vt plurimum tacendo postquam esse iudicetis*.

Quinto. Quia silentium plurimum conducit ad magnam vnionem cum Deo, & gratiam teneræ deuotionis per piâs cogitationes, quas loquacitas dissipat, acquiri solita. *Præclara res est silentium*, inquit S. Diadochus, *nihilq; aliud, quam vniuersæ sapientissimarum cogitationum*. Tales autem cogitationes, sunt de rebus diuinis, lapidæ animabus & Deo. *Sapientia enim, vt ait S. Bernardus, à sapore denominatur, quod virtuti accedens quoddam veluti condimentum, sapidam reddat, quæ per se insulsa quodammodo & aspera sentiebatur, & est sapor boni*. Dicebat B. M. Magdalena de Paz-

zis, vt scribit in eius vitâ P. Virgilius Ceparins, *impossibile esse, vt anima religiosa, quæ non delectatur silentio, gustet res Dei*. Et B. Laurentius Iustinianus, enumerans ea, quæ disponunt hominem ad orationem, eamq; exortabilem reddunt, ponit Silentium. *Promouet*, inquit, *ad hoc sanctæ orationis bonum, silentium*. *Sedebit*, inquit Hieremias, *solrarius, & tacet, & leuabit se supra se*. Et alibi: *Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei*. *Libenter enim se infundit Verbum expectanti & tacenti*. Vnde fit, vt dum illo pascitur, terrenum pabulum non requirat. *Nec enim potest panem seculi cupere, qui suauis gustu reficitur Saluatoris*. *Quam silentij vtilitatem idem Sanctus alio in loco hac similitudine illustrat*. *Quæ admodum ignis, quando magis in vnum colligitur, tanto amplius nutritur, & flammæ euaporans sursum impetuosiùs prorumpit: ita & mens, quæ diutius intra se commorata fuerit, & ardentius per amoris incendium vritur in se, & per desiderium eleuatur in Deum: sed si tunc verba quadam protulerit, tota ignita, sapientia neclare condita, veritatis splendore irradiata, & diuinarum rerum suauitate plena erunt*. *Nec mirum, nam tacentes & orantes Dominus vt plurimum visitare dignatur: non autem tantum deuotione visitat, sed etiam sapientiâ imbuit, & discretionem erudit, vt sciant, quid eos oporteat loqui*. Idque confirmat exemplis Apostolorum & Prophetarum, qui ante prædicationis suæ officium silentij taciturnitate & orationis studio se præpararunt. Et in fasciculo amoris cap. 11. *Obstructo inuiliam verborum meatu, inclusus amoris ignis cogitationes modificat, compungit animum, fugat vitia, lacrymarum educit fontes, custodit ostia, scilicet pacem, sursum conuertit, Deo coniungit, Tunc composita proferuntur eloquia, sale condita, & considerate circumspiciuntur*. *Regula autem bene loquendi est, vt prius discat quisque tacere, quam loqui*. Ideo merito B. Petrus Damiani ad Agnetem Imperatricem scripsit: *Dum strepitum humani alloquij, construitur in te per silentium templum Spiritus sancti*. Hinc est, quod de Israelitici templi constructione Sacra testatur historia, quia maleus & securus & omne ferramentum non sunt audita in domo Domini, cùm edificaretur. *Templum quippe Dei per silentium crescit: quia cùm mens humana per exteriora verba se non fundit, in sublime fastigium spiritualis adificij structura consurgit, tantog, succrescens in altiora suffollitur, quando per silentij custodiam circumclusa, sese extrinsecus fundere prohibetur*. *Cuslos enim iustitia silentium*. Et per Hieremiam dicitur: *Bonum est præstolari cum silentio salutare Domini*. *Confirmat hanc veritatem factum à S. Gertrude Virgine reatum in libro ab eâ Dei iussu consecrato, in quo miram & perpetuam Christi assistentis realem præsentiam commemorans, ostendit, quantoperè ei displicerit loquacitas violatrix silentij: Nunquam causari possem, vel adictum oculi te mihi subtractum à prædictâ horâ vsque in præsens tempus, quo ab acceptâ gratiâ iam reuoluitur nonus annus*. *Excepit semel vndecim diebus ante festum Ioanni Baptiste, quibus te mihi subtractum sensi*.

otat. 1. In. Pl. 38.

de discip. & perf. moa. con. cap. 15.

Reg. br. 108.

otat. 2.

cap. 70.

ser. 85. in Cant.

Lign. vi. 12. 11 de orat. c. 6. fine.

Thica. 7.

de discip. & perf. moa. con. c. 15. col. 1.

Deprall. Dom. c. 21.

cap. 70.

cap. 96.

1. 2. cap. 9. & 25. In. dia. o. piet.

sensu: hoc accidit ex sermocinatione quadam mundana, ut mihi videatur. Et alio tempore intellexit diuinitus per verbum illud Isaia: *Glorificaberis, dum non facis vias tuas &c.* quia qui praemeditando disponit facta, vel verba sua, & cum nullam considerat in eis utilitatem, continet se ad his quae ei liberent, triplex consequitur inde beneficium. Primum est, quod datur sibi suauis delectari in Deo, sicut dicitur: *Delectaberis in Domino.* Secundum, quia nociva cogitationes nimis praeualebunt contra illum; sicut dicitur: *Sustollam te super altitudinem terra.* Tertium, quod in aeterna vita filius Dei plenius praeceteris communicat ipsi fructum conuersationis suae, quia ipse nobili virtuti omni tempore resistit, & gloriose vicit, sicut dicitur: *Et cibabo te hereditate Iacob Patris tui.* Aliam vice intellexit diuinitus, cum liberum videre vel loqui verbum vnum, in quo paruum vel nullus est profectus, si hoc statim persciscit, & pro nihilo reputat, sicut aqua ex vase perforato effluit dilectio Dei. Si vero propter Deum continere proponit, tantum ea crescit in corde, quod vix superare valet. Vnde cum in talibus didicerit se homo superare, assuescit in Deo delectari, & quanto gratiori labore hoc perfecit, tanto fructuosius incipit in Deo delectari. Sciunt, inquit S. Bernardus, Viri spirituales, qui hoc experti sunt, quantum auferat deuotionis, quantum asserat dissolutionis intrinsecus frequens lingua resolutio. Nam sicut fornax, cuius os semper apertum est, non potest in se retinere feruorem, sic nec cor, deuotionis in se poterit gratiam conseruare, cuius os non fuerit ianua silentij reclusam. Claudamus igitur os nostrum, ut cum deuotionis feruore, Christum deuotionis largitorem, in seruanti affectu, possimus conseruare. Simili similitudine hoc ipsum explicauerat S. Diadochus: Sicut ianua balnei, si crebro aperitur cito calorem eius extrudit; sic anima cum multa loqui vult, quamuis valde pulchra sint omnia, memoriae sui per vocale osium distrahatur ac disturbatur. Ex quo fit, ut tempestiuis & oportunitis cogitationibus deinceps priuetur, ipsam vero concursum cogitationum quodammodo tumultuose quibus suis proferat. Et alio in loco: Multus sermo mentem immoderate distrahens, non solum otiosam in spirituali exercitatione efficit, sed etiam demoni accedentiam producit: qui eandem rursus immoderate relaxans ac dissoluens, demonibus iracundiae & doloris praesidiis iradit.

Agnouerunt hanc utilitatem silentij etiam Ethnici, illud conducere asserentes ad collectionem animi, & eundem vitam tenorem seruandum. Hinc Simplicius explanans cap. 41. Enchiridij Epicteti, in quo ait, Maiori ex parte silentij praestetur, ipse addit Simplicius: Omnis institutionis ratio, eo refertur, ut & a rebus externis, & a brutis suis affectionibus, & a corpore ad seipsum reuocetur animus; scilicet ut suo more, eodemque perpetuo tenore viuat. Quam ad rem silentium plurimum confert. Quae causa Pythagoreis fuit, efficacissimum disciplinae suae iacendi fundamentum, quinque silentium. Ut enim sensus animus, ipsi operam nauantem, ad externa trahunt (quod ij decla-

rant, qui cum sese colligere volunt, & in sese descendere, & animi attentionem excitare, claudunt oculos) sic animum etiam orationem non operam nauantem sensibus, sed per sese agentem, magis ad externa effundit, cuius effusionis remedium, est silentium. Immo, ut ait Antiochus, virtus silentij est sapientissima cogitatio: mater: & praeerea, iudicio Gregorij Neocæsariensis: continentiae & castitatis mater. Et, ut Thalassius dixit: Silentium & preces maxima virtutum arma sunt, mentem enim simul purificant, ac perspicacitorem reddunt.

Sextid. Quia valde placet Deo obseruatio silentij, Sponsus ipse, scilicet Christus Dominus, inquit S. Ambrosius, vult clausam esse ianuam cum pulsatur: ianua nostra, os nostrum, Christo propemodum soli debet aperiri: nec aperiat nisi antea pulsauerit Verbum Dei. Denique ideo scriptum est: Hortus conclusus soror mea sponsa, ne facile aperiat os suum, nec vulgari resonet alloquio. Nec enim de ipsis diuinis decessit, nisi interpellatus, respondeas. Cito verbum excidit, quod reuocare desideres. Si Eue clausa fuisset ianua, nec Adam deceptus fuisset, nec ea responderet. Introiit mors per fenestram, hoc est, per Eue ostium. Ingressus mors per ostium tuum, si falsum loquaris, si turpiter, si procaciter, postremo si vbi non oportet loquaris.

Septimid. Silentium conducit ad euadendas poenas Purgatorij: quod est bonum exitium. Scribit Iacobus de Vitriaco Episcopus & Cardinalis Tufculanus l. 1. vita B. Mariae de Ognies c. 12. In tantum illam fugere solitam turbam & strepitum, quietemque, ac silentium dilexisset, ut quodam tempore, a festo sanctae Crucis vsque ad Pascha Domini, ne vnum quidem verbum locuta sit. Quod quidem vsque adeo gratum fuit Domino, ut ex Spiritus sancti reuelatione didicerit, eo vel maxime se id impetrasse, quod citra Purgatorij poenas migraret ad calos. Quae quidem obseruantia silentij, non tantum ipsis, qui illud seruant, prodest, sed etiam aliis. Scribit enim Hildebertus Cenomanensis Episcopus, & Hugo monachus, in vita Hugonis Cluniacensis c. 8. & Vincentius Belluacensis lib. 20. Speculi hist. cap. 5. Quendam monachum, nomine Durannum, nouentia vsque verba proferre consueuisse, (postea factum Abbatem & tandem Episcopum) qui cum Abbatem minus audiret increpantem, Frater, inquit ei Abbas, nisi dignam egeris poenitentiam, post transitum spumantibus labijs ad superos rediens apparebis. Factum est autem, ut nec ab otiosis verbis ille desisteret, nec Abbas (scilicet S. Hugonis) vaticinio promissus desisset effectus. Praefatus namque Durannus, natura debitum soluens in permisso sibi habitu, cuiusdam Siguino Sacerdoti sancto religioso apparuit, miserabiliter iuuamen eius postulans, cui vnum obediens contempserat. Quod cum pius Pater Siguino referente didicisset, electis septem Fratribus, silentium vna indixit septimanam, quatenus oris excessus, oris obedientia purgaretur. Obedientibus aliis, vnum eorum praecepti violator, silentium interrupit. Rursus Pontifex eundem, quem prius habitum gerens, Sacena

doti prescripto apparuit, inobedientiam Fratris accusans qui dum fregit mandatum, suffragia exclusit aliorum. Quo audito clementissimus Pater iterato silentium dierum silentio, defectum violata supplevit obedientia. Vnde factum est, ut ostensus tertio Presul, sed iam nihil sordidum gerens, Abbati gratias ageret, eius interuentu abstersum oris opprobrium, sententiam Iudicis immutatam. Merito ergo S. Gertrudis Virgo, sciens quam sit accepta Deo, & quam utilis aliis, etiam peccatoribus, obseruantia silentij, tribus diebus ante Quadragesimam Bacco dicatis ab improbis, Deum placare volens & exhilarare, tot peccatis eo tempore patrarit solitis offensum, sic dies illos se transgisse scripsit: *Dedisti mihi intelligere, quod tu, & vnice cordis mei, à diuersis hominibus conuicia & persecutiones passus, expeteres à me domicilium cordis mei, ad requiescendum in eo. Hinc per tres illos dies quoties ad cor meum radij videbaris mihi ad similitudinem languentis supra pectus meum decumbere. Per totos etiam illos tres dies nihil inuestigauit, quod tibi gratiorem refectionem possim ministrare, quam ut orationibus, silentio, & ceteris afflictionibus pro emendatione hominum insudarem pro tuo honore.*

l. c. 14.
Infin. diu.
pi. r.

gr. 4.

Mirum ergo non est, olim violatores silentij grauissimè punitos. S. Climacus, recenset à præside sancto cuiusdam monasterij, visos quosdam tempore orationis inuicem colloquentes, esse ante fores Ecclesie stare iustos, ut per septem dies cunctis intrantibus & exeuntibus se prosternerent, siue Clerici siue Presbyteri fuissent. Et inter pœnas in delinquentes olim statutas, vna extat, inter opera S. Basilij posita eiusmodi: *Si quis in aniter garrat, aut facietis ludat, excommunicetur hebdomadam vnam.* Et Cassianus narrat, *Summa olim obseruantia custoditum, ne quisquam cum alio, ac præcipuè iuniores, vel ad puerum temporis pariter sublitisse, aut vpiam secessisse, vel manus suas inuicem tenuisse deprehendantur. Si qui perà contra huius regula disciplinam, reperti fuerint aliquid ex his, que interdita sunt, admisisse, ut contumaces ac prauaricatores mandatorum, non leuis culpa rei pronuntiat, suspicione etiam conuersionis prauig, consilij carere non poterunt. Quam culpam, nisi in vnu cunctis Fratribus congregatis, publicè diluerint patientia orationi Fratrum nullus eorum interesse permittitur.* Quocirca B. Maria Magdalena de Pazzis, si que nouitiam violasset, regulam silentij, præter seueram penitentiam, quam ei iniungebat, ipsa Beata, tempore, quo licebat colloqui, seruabat silentium pro Nouitiam, dicens: *Volo ut Religio habeat, quod suum est, plene.*

l. 2. Inft.
cap 15.

loco cita.
no vitæ.

47.

Non est ergo parui momenti, regula silentij: proinde eius violatio, primò omnium per examen particulare abigenda est, postquam per illud alia vitia fuerint abegta & ventum ad stabilendam custodiam Regularum, & ad vitandam omnem transgressionem earum.

Nond. Postquam verò beneficio diuinæ gratiæ & particularis Examinis adiumento, abegerit aliquis à se, & frequentem lapsum in vitia cū

secularibus communia, & omnem profusè regulæ cuiusvis transgressionem, ita ut nunquam vllam violat, tunc primùm, & non antè, instituat Examen circa Exercitium virtutum, ut monent Sancti. Inprimis S. Chrysostomus. *Ne mihi dicas, maiorem partem (scilicet defectuum emendandorum) expediti. Sed nisi totum emendasti, nondum te quicquam fecisse puta. Hoc enim exiguum neglectum, & omne reliquum destruit. Sæpius namque domos edificantes homines & rectum imponentes, vnus regula excussa curam non gerentes, totam domum perdidit. Et in vestimentis hoc ipsum euenire quis cernere possit: etenim parua in illis facta scissurâ, nec resarcitâ, magnam fecit disruptionem. Hoc & in torrentibus multoties euenit. Etenim & illi si vel minimum ceperint ingressum, totum introducunt fluentem. Itaque & tu licet te vniquæ muneris, si tamen aliqua pars immunita dimissa est, etiam hanc diabolo obstrue, ut sis ab omni parte firmatus.* Sic etiam Boëtius 3. de consol. metro 1.

*Qui serere ingenium volet agrum,
Liberat arua prius fructibus,
Falce rubum silicemq, rescat,
Ut nouâ fruge grauis leges eat.*

Virtutum acquiratio, est veluti quædam edificatio spiritalis, quâ Turris Euangelicæ perfectionis ad cælum euehenda erigitur, ut docent Sancti Ignatius Martyr, Hieronymus, Theodorus Studita, Greg. Papa, Dorotheus, Bern. Thomas Aquinas. Antequam autem ea erigi incipiat, inquit Abbas Isaac apud Cassianum, *ante omnia necessaria est, omne repargium vitiorum: seu ut S. Pater noster Ignatius appellat, expulsio peccatorum.* Tunc enim facilius virtutes infundentur à Deo vbi mundum inuenit à peccatis & Regularum violationibus Vas animæ. Quia, ut ait S. Gregorius Nazianzenus, *inguenta vas sordido quis credidit: Si autem mundum vas est animæ, Deus illud replebit donis suis. Nam vbi abominatio (id est peccatum) aboletur, sanctificatio congregatur.* Egressum enim malitia, virtutis operatur ingressum: eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur. Deus enim ipse per se, & ex se, ita est paratus, imò desiderans, nos implere donis suis, si videat vas mundum ad illa recipienda, ut scripserit S. Chrysostomus: *Quemadmodum parturiens caput eniti statum, ita & ille cupit effundere misericordiam suam.* Et hæc est causa, ob quam tam multi Religiosi post multos annos in Religione transactos, non habeant virtutes in altiore gradu, quam habuerint in Nouiciatu, imò sæpe sunt minus humiles, minus obediens, minus patientes, minus deuoti, quam fuerint in Nouiciatu, nimirum quia non attenderunt diminutionem & expulsionem peccatorum venialium, quæ, ut docet S. Thomas 3. p. q. 87. a. 1. *sunt impedimenta spiritalia profectus.* Verum hoc loco notandum est, non debere institui Examen circa multas simul virtutes, sed circa vnam tantum, quâ maxime indigeas. Nam, ut bene dixit Abbas Nestor apud

Coll. 4.
cap. 6.
2. q. 18.
1.

h. 19. ad pop.

48.

49.

ad Bp. ad Hier. in c. 1. ad Eph. The. 155. Gr. lib. 1. mor. c. 15. al. 36. Don. 14. Th. 2. 2. q. 61. 2. 5. ad 1. Cal. coll. 9. c. 1. hb. 12. Inft. cap. 31. Igo. p. 3. Greg. 11. sentent. Chr. Or. de B. Ph. logon.

10. Conf. 21.

h. a. HEB.

apud Cassian. & pōderavit hoc ipsum S. Thom.
*Impossibile est vno eundemq; hominem simul vniuersis
 fulgere virtutibus, quas si quis voluerit pariter affectare,
 in id eam incidere necesse est, vt dum omnes sequitur;
 nullam integram consequatur: magisq; ex hac mutatio-
 ne & varietate dispendium capiat, quam profectū. Eo
 ferē modo, quo simul & eodem tempore per v-
 num canem plures lepores in campo peruiō
 capi nequeunt.*

48. *Decimo, ante omnia autem, post debellata vi-
 tia, primo loco examen instituendum studeo,
 circa reg. 17. Summ. vt singula opera ordinaria,
 quæ faciunt, inter se specie diuersa, affluiscat actua-
 li intentione, & eorum (saltem in principio o-
 peris) oblatione purē facere propter Deum, vt
 supra dictum est in Monito tertio. Prius enim
 nos decet benē & perfectē facere ea, ad quæ
 faciendā à regula obligamur, vel Ecclesiā, quā
 exercere nos ex supererogatione; circa actus
 virtutum, ad quos æquē non obligamur.*

49. *Vndecimo, Postquam verō assuefecerit se ad ta-
 lem oblationem operum singulorū, breuissimē,
 sed feruenter, faciendam, tunc primū Examen
 faciendum est circa alias virtutes, hoc ordine &
 modo: vt primō multi actus interni pœnitentię
 frequentandi præfigantur, eliciendi certis tem-
 poribus, de quibus paulō pōt agam: deinde ac-
 tus humilitatis frequententur, modo infra ex-
 plicando. Tertio loco sequantur actus obediē-
 tię. Quarto loco actus indifferentię seu resi-
 gnationis. Quinto loco actus Patientiæ & amo-
 ris aduersariorum & crucium. Sexto loco rē-
 nōtionis votorum. Septimo recordationis
 Passionis Christi: aliorum quorumuis, etiā
 non seruato ordine (dum modō primę quinque
 virtutes eo ordine, qui hic scriptus est, præmit-
 tantur, sunt enim tanquam bases & fundamen-
 ta reliquarum, & he virtutes sunt, quæ à Sancto
 Patre Nostro Ignatio vocantur *Solida* reg. 16.
 Sum. in quibus benē fundati ad aliarum exerci-
 tium facilius se conferēt, vt sunt, multiplex Dei
 & diuinarum rerum adoratio; gratiarum actio
 pro beneficiis: imploratio Diuini auxiliij pro
 multiplicibus necessitatibus, propriis & alienis:
 actus charitatis erga proximos: oblatio propo-
 sitorum heroicorum; actus amoris erga Deū &
 alij, quos explicauimus in Opusculo de praxi
 Diuinę præsentię & Orationum Iaculatoriarū.*

50. *Duodecimo, Si scire cupias, quantum temporis
 tribuere debeas exercitio cuiusvis virtutis exa-
 mini particulari subiiciendæ: Mihi placet consi-
 liū S. Chrys. qui vnicuique vnū Mensem attri-
 buendū censet. *Aggrediamur, inquit, virtutem, cum
 tempus habemus, distribuamus virtutes nobis, sicut sibi
 distribuunt agriculturæ Agricole: in hoc mense pa-
 tientiam discamus, in alio aliam virtutem; & cum hanc
 virtutem in habitu perceperimus, ad aliam transca-
 mus: sicut solent discipuli, qui qua acquisuerunt, custo-
 diunt: quæ verō necdum didicerunt, discendo acquirunt.*
 Quod ibidem sanctus Doctor ait faciendū esse*

in extirpādis vitiis. Et antea docuerat, in primis
 suis post susceptum sacerdotium concionib. li.
 26. ad pop. vbi suis Antiochenis ad iurandi con-
 suetudinem exterminandam, vnum Mensem in
 concione præfixit: *Tempus, inquit, præsumtum vobis,
 præsum sit Mensis, in quo corrigamini.* Sed si vno Mē-
 se extirpatum non sit vitium, quod extirpandū
 suscepimus, ad aliud non est progrediendum,
 sed pergendum in primo.

51. *Decimotertiō, Quod attinet ad tempora, in
 quibus exercendi sunt isti actus, interni virtutū
 pro Scholasticis nostris sola illa destinanda iu-
 dico, in quibus non student, nec scribunt, nec
 disputant, vno verbo, in quibus non tractant res
 immediatē ad studia spectantes. Talia tempora
 sunt, aliqua pars illius semihoræ, quę meditatio-
 nem matutinam antecedit; dum exiit e cubi-
 culo ad Scholam vel Refectorium, vel templū,
 aut chorum, aut ad Sacellum, aut ad portam, &
 similia loca, in quibus non tractantur studia.
 Item illud tēpus, quo expectatur in Refectorio
 Mensē benedictio, vel quo statur tantillū, post
 absolutam gratiarum actionem: & illud, quo
 itur ad locū recreationis, ad quem donec per-
 ueniatur, Romæ vetitum est colloqui, & tunc
 colloquentes publicam penam subire iubentur.
 Bona pro hac re sunt & illa tempora, quando in
 culinā lauantur scutelle, dum domus pauimen-
 ta verruntur: dum lectulus sternitur: dū manus
 & facies abluuntur: dum extra Domicilium per
 Ciuitatē itur, quo tempore in Moniis Genera-
 libus Societatis, auctoritate 6. & 7. Congrega-
 tionis generalis editis, præscriptum est eiusmodi
 silentiū. *vt mimē loqui liceat intra vrbem, vbi fre-
 quens est populus.* Quæ tempora si quis ita, vt di-
 ctum est, expendit, incredibilem quotidie nu-
 merum meritorum, & suo tempore dandas in
 cælo coronas acquirat. Quamquam dum so-
 nante horologio, ad horas singulas salutatur
 more iam recepto Beatissima Virgo Deipara, nil
 obstat, quin breuissimē, sed ardentē eliciatur
 actus vnus propositæ virtutis, & quandoque
 etiam in ipso studiorum feruore, dum modō
 non multum dematur de tempore studiorum.*

52. *Decimoquarto, Nec Scholasticis, nec Noui-
 tiis suaserim determinatum præscribere nume-
 rum actuum istorum interiorum eliciendorū,
 quia res hæc nimium caput fatigaret, & nimis
 opærosa est. Satis ergo erit in lineolis examinis,
 tot puncta signare, quot partes temporis, ex su-
 præ nominatis transierint, sine vilo actu elicitō
 istius virtutis, cuius frequentationem nobis pro
 illo mense præscripsimus. Si quis tamen, vt
 paulō antē dictum est, singulis horis, pulsū ho-
 rologij admonitus, post salutatam Deiparam,
 statuit vnū illius virtutis actum elicere, pos-
 set tot præterea punctula signare in libello
 particularis Examinis, quot horis omisset eli-
 cere actum illum, hæc dum examine vtitur ad
 extirpanda vitia (de quo tantū S. P. Ignatius*



praecepta tradidit (siue dum illud adhibet ad vsum & consecrationem virtutum, prout adhibendum censuit P. Claudius, & alij, ac in primis Congregatio Generalis in Instructione 13. &c. 3. Ordinatio pro Tertij anni Patribus num. 9. Vt autem notentur puncta victoriarum, vt vocant in decade globulorum, vel libello, S.P. Ignatius hac de re, ne quidem somniauit, nec alibi vquam in Societate id obseruari scio tempore huius Examinis. Quas autem ob causas non suadeam Examine particulari circa extirpationem alicuius vitij occupato, admiscere annotationem victoriarum, dicam infra in Mōnito decimotertio num. 226. Alio tempore id fieri potest, scilicet in generali examine.

53. *Decimoquimo.* Modus, quo singuli actus virtutum, in destinatis pro hac re temporibus, eliciendi sunt, duplex esse potest: Primus est per modum longiusculae considerationis, si eam longitudo temporis permittat. Et hic modus pro Tironibus & Scholasticis, nondum dono orationis insigni instructis, non est accommodandus, valde enim caput fatigaret, immo laederet. Alter ergo modus & facilior & vtilior, & plurimum meritorum feracior est, si huiusmodi actus breuissimè & feruentissimè eliciantur, & vnus post alium crebrò iteretur, hac ferè verborum

Actus hanc militatis. interiorum formula: *Domine non sum dignus aspiciere altitudinem cali. Domine non sum dignus calcare hoc paumentum, per quod transeunt tot dilecti serui tui me longè meliores. Domine miserere mei propter merita seruorum tuorum, me longè meliorum, cum quibus habito. Domine sicut olim inter Angelos tuos demon comparuit, tob nociturus, ita ego sum sicut vnus diabolus, & diabolus peior viuens inter filios tuos, quia sum causa per peccata mea omnium calamitatum huius vitae.*

Actus patientiae. Simili modo actus patientiae possunt elici: *Domine libenter pro tuo amore volo pati, quicquid possum pati, sine meo peccato. Domine da vt aliquid hodie patiar, quod valde sentiat amor proprius meus. Domine benedicta sint illa hora, in quibus aliquid molestiarum vnquam passus sum. Domine benedicta sint illa creatura, quae mihi praeuerunt aliquam materiam patiendi. Sic etiam actus Obedientiae elici possunt. Domine paratus sum exequi, quicquid mihi a Superioribus iniungetur. Domine hoc iudico, quod Superiores iudicant, & eorum iudicio semper meum iudicium volo subdere. Domine voluntatem Superiorum pro meo accepto, id volens & nolens, quod illi volent & nolent.*

Actus vero Indifferentiae & resignationis tales esse possunt: Domine paratus sum ibi manere, vbi tu per Superiores volueris; illud officium obire, quod mihi fuerit iniunctum. Domine paratus sum non finire mea studia, si id tibi placet. Domine paratus sum non promoueri ad officia speciosa, & ad gradus in religione speciosos, si tibi ita placuerit. Domine paratus sum ad omnem mei humilationem, & vilipensionem & contemptum, si ista est tua sanctissima voluntas.

Domine tamdiu volo viuere, quamdiu tu vis, & tunc mori & eo modo, quo tu vis. Actus doloris possunt esse hi: Deus propitius esto mihi peccatori. Domine dolo de peccatis meis & alienis, propter Te super omnia dilectum. Ne reminiscaris Domine peccata mea, nec parentum meorum, neque vindictam sumas de peccatis nostris. Actus oblationis propositorum heroicorum sint huiusmodi: Domine malo millies mori, quam te vno etiam veniali peccato deliberato offendere. Domine potius ad penas Inferni me detrude, quam vt Te offendam vilo minimo peccato. Domine parco omnibus, qui me aliquà iniurià affecterunt. Domine opto omnia felicissima omnibus aduersariis meis, & si qui sunt non fauentes mihi. Domine volo in omnibus id eligere quod perfectius est, & tibi magis placet. Domine inter res aequè perfectas, id magis opto, quod amori proprio displicet. Domine rogo Te, vt contemnar ab omnibus, & pro Te in nihilū redigar, & vt non fauentes mihi florent, & ego subsim illis. Domine fac me tanquam paumentū mundi, vt ab omnibus conculcer, vilipendar, & indignissime tracter. Domine cōcede mihi hanc gratiā, vt mei vilipensione, & quadam ciuili annihilatione, procurem quā maximā gloriam tuam, ita in nihilum redigar in conspectu hominum, sicut sax & thymiana consumitur, vt liceat aliis & reddat suauitatis odorē. His modis etiam alij actus elici possunt pauculis verbis, sed magno animi feruore depromptis.

Decimosexto. Duobus adhuc modis actus virtutum singularum elici possunt: Primò, si vnus, idemque, iisdem sepius verbis repetatur. Hoc modo P. Cerrutus Italus Romæ in Collegio anno 1573, 28. Aprilis cū opinione sanctitatis mortuus, quorundam tribus millibus vicibus vota sua renouabat, semel verò in Octauā Epiphaniæ vota renouauit viginti quatuor millibus vicibus: Oblationes verò & gratiarum actiones ad tantū numerum pertingebant, quem soli Deo notum ait, etsi esset in conuersatione hilaris, nec solitarius, excipiendis Cōfessionibus perpetuò occupatus. Hoc etiam modo Greg. Lopez Hispanus, vir sanctus secularis, vt in eius vitā scribit Alphòsus Remon, cū in solitudine manens grauissimis tērationibus penè ad lapsū exagritatus, hoc contra eas diuinitus edoctus est remedium, vt ad singulas respiraciones diceret hæc verba: *Fiat voluntas tua.* Et ita ad singulas respiraciones, ea verba mente perpetuò iterans, dum vigilaret comedendo & bibendo, & alloquendo alios, integrum triennium transegit, cū magno lucro animæ suæ; animabatur enim iis ad faciendam Dei voluntatem in omnibus, etiam doris & difficilibus. Quod ipsum de eodem scribit alter eius vitæ scriptor, eius familiaris Franciscus Lessa. Et hic modus est facilis, nec ita fatigat caput Tironum, si discretè adhibeatur. Alter modus est, si eiusdem virtutis actus, diuersis verborum formulis (vti supra scriptū est) prolata mente eliciantur. Et hic modus magis est accommodatus pro uictis in Spiritu, qui habentes ex Dei dono, & suā exercitatione diuturna,

acquiratam Facilitatem vniendi mentem Deo, possunt, & solent, sine vlla defatigatione, aut lesione capitis, actus virtutum hoc modo exercere. Quia in re ea sit regula generalis, vt quisquo illo modo vtatur, quem sibi faciliorem esse exprimitendo didicerit. Fugienda est enim, in actibus virtutum exercendis, quaedam coacta deotionum seruitus, tollens bonam libertatem spiritus agendi cum Deo. Ideo nemo seruiliter debet se adstringere, ad certas deuotionum, quasi eas praeterire nefas sit. Haec enim angustiae spiritus, & caput fatigant & feruentiores impediunt pie voluntatis affectus, dum non sinuntur sese erga Deum effundere, ob mancipatam, & veluti contristatam compedibus, mentem, ad certum & solum genus deuotionum. Et licet in splendido conuiuio, nullus est cogendus vnus tantum genus ferulorum sumere, sed permittendus est comedere id, quod putat suae sanitati conducibilis, & gustui sano conuenientius; ita in rebus spiritualibus non coarctandus est animus, ne illos promat erga Deum & diuina affectus, quorum frequentatione vel expertus est, vel indubie sperat, se feruentiore ac perfectiore modo Deum honoraturum & amaturum. Atque haec de praxi Particularis Examinis, pro nostris Scholasticis dicta sufficient.

CAPVT QVINTVM.

Comendat vsu[m] quotidianae Meditationis.

Secundum principale adiumentum ad conseruandum & augendum studiorum tempore spiritum, est, Oratio matutina, facta iuxta praescriptum Exercitiorum S. Patris cum practica illa in singulis punctis reflexione, ad morum emendationem, & emendatorum maiorem ac maiorem indies perfectionem, quam virtutes, per orationem comparatae, adferunt, & ad quas comparandas nostrae orationes dirigendae sunt. Nam, vt ait Abbas Isaac apud Callianum, Oratio principalis finis, vniuersarum virtutum molitione perficitur. In virtutibus autem neminem sine oratione posse proficere, dicebat S. Thomas Aquinas; sicut nec malitia quemquam vacare posse sine gladio, vt scribit in vita S. Thomae Ferdinandus de Castello. Quin imo, vt idem Abbas ibidem ait, Est inter virtutes & orationem reciproca quadam & inseparabilis coniunctio. Nam sicut ad orationis perfectionem omnium tendit structura virtutum, ita nisi huius culmine omnia fuerint colligata atque compacta, nullo modo firma poterunt vel stabilia perdurare. Vt enim in Vita Patrum dicebat quidam senex: *Astidua oratio, cito corrigit mentem.* Ideoque S. Ioannes Climacus, orationem appellat, matrem & reginam & cibum & fontem virtutum, & gratiarum ministrum, & profectum inuisibilem.

Quod si in Nouitiatu, orationes matutinae ad acquisitionem virtutum ordinandae sunt, multo magis studiorum tempore, quinque ob

causas. Primo, quia tunc ob maiorem conuersationem cum aliis plures occasiones occurrunt, exercendarum difficultium virtutum, humilitatis, patientiae, obedientiae, resignationis. Qui semper intra cellae suae angulos latet, inquit S. Terefia, & in solitudine (quantumvis suo iudicio sit sanctus) nescit an patientiae atque humilitatis virtutem habeat: ac ne quidem illius sciendi vllam occasionem habet. Quomodo enim quis, qui magna corporis fortitudine ac robore est, talis esse sciat, si nunquam pugna inierit? Huius pugnae occasiones praebent frequentiores, Collegia tempore studiorum; in recreationibus, disputationibus, defensionibus, repetitionibus. Meditationes autem vires ad generose pugnae conferunt, si bene fiant, secundo, quia, qui votis religiosus Deo adstrictus est, tenetur perfectius viuere quam Nouitius, qui nondum est religiosus, nec ad seruendum Deo se adhuc veluti stipulata manu obligauit. Tertio, quia in Collegiis plures sunt distractionum occasiones, id eo validius nobis inuigilandum est, ne ex virtutum exercitationi & incremento obstant, iuxta illud:

Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.

Quarto, quia in Collegiis, vbi tantum vacatur studiis, & non excurritur (vt in Nouitiatu) ad alias occupationes, & labores manuum, necessaria est diuturna mansio in cubiculo vel museo. Ad hoc autem conducit accurata meditatio rerum diuinarum, quae cohibet iuuenes, ne huc vel illuc praeradio, & ad declinandum studendi laborem, discurrant. Ideo cum quidam Frater requisisset Abbatem Achillam in Vita Patrum, Cur sedens in cella mea patior acediam? effectus autem acediae & pars est, nolle diu sedere studendo propter Deum. Senex respondit: *Quia necdum vidisti* (scilicet per considerationem viam, quae in meditatione fit) *requiem quam speramus, neque tormenta, quae timemus, si enim ea diligenter inspiceres, etiamsi veribus plena esset cella tua vsque ad collum, tu tamen in ipsis iacere permanens sine acedia. Quinto,* quia, vt ait S. Ber. *Tepe sumus processu temporis a seruoore conuersationis nostrae: paulatim refragescit charitas, abundat iniquitas, vt consummemus carne, qui spiritu caperamus. Inde enim est, vt minus ea sciamus, quae a Deo donanda sunt nobis, in deuoti pariter & ingrati Timorem Domini relinquimus, verbosi, curiosi, faceti, etiam detractores, vacantes nugis, fugitantes labores disciplinae, quoties sine noxa id licet: quasi verò confestim sit etiam sine noxa. Ideo S. Pater Ignatius (Parisiis anno 1534) post emissa a sociis suis prima vota, aliquot annis ante fundatam Romani Pontificis autoritate Societatem, vt scribit Orlandus, humane inconstantia imbecillitatem veritus, vt quem non fugeret, in his quae ad spiritum & mores pertinent, satius esse tueri parta, quam quaeerere; nihil tam enixè cum alia adhibita cura, tum supplicationis ardore contendit, quam vt sibi suis, a Deo impetraret in Instituto constantiam. Inter vias autem*

rationes ad eos custodiendos, adhibitas. primum eius precandis & commentandi studium, quo se quotidianam velut esca respiciens, persuasit. Sic etiam P. Petrus Faber, in Epistola, qua ad Socios Parisiis operam dantes literis, scripsit, primo loco, exemplo S. Thomae Aquinatis, Orationis eius studium commendat.

Orl. 1. 3. num. 27.

57.

Porrò ut meditatio & oratio matutina, cum fructu, quoad virtutum acquisitionem, tractetur, tres esse debent veluti eius scopi, ad quos collimandum est, per omnes pias considerationes, quae in meditationibus adhibentur, scilicet ad ea, ad quae vtilem ait S. Ambrosius considerationem virtutum B. V. Mariae, nimirum, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeamus. Sed ante omnia meditatio dirigenda est Primò ad fugienda & minuenda indices peccata, & imperfectiones, etiam non culpabiles, operum nostrorum, praesertim ad extirpandum illud peccatum, circa quod examèn particulare versatur, vel ad illud, à quo quis in Confessione vltima proposuit se velle profusè abstinere, usque ad alteram Confessionem. Quod multis vehementer profuit ad celerem multorum peccatorum extirpationem, & puritatem cordis adeò necessariam, ut profectum & in virtutibus & in literis, vti in altero Opusculo ostendetur, in quo praescribetur modus cum fructu studendi.

lib. 2. de virg. inic.

ep. 1. ad Gr. The.

Idèd S. Basilius scripsit: *Maxima viarum, ad veri investigationem serenitatem, meditatio est Scripturarum diuinitus inspiratarum. Quandoquidem in his cum rerum agendarum praecepta inueniantur, tum beatorum hominum vite memoria prodita, ac praescripta, tanquam simulacra quaedam animata, proposita sunt, vite ad normam diuinam instruenda; nis quidem, qui bonorum operum exemplaria, imitari cupiant. Proinde in qua re quisque nostrum senserit, se eo, quod oportet, defici, in illud assidue incumbens, tanquam ab officina quadam Medicinae, appositum suae infirmitati medicamentum inuenire poterit. Hanc ob causam Sloanès Climacus, orationem vocat, Speculum perfectionis, & curiam ac iudicium & tribunal Domini ante futurum tribunal, plagis nostris adferens medicinam. Et infra dicit: Statum tuum oratio tua manses tibi, hanc enim Monachi esse speculum iradunt Theologi rectissime; nimirum quia tunc agnoscuntur nostri defectus & corriguntur ac puniuntur; & contra eos praeseruatua antidota comparantur simili modo, quo in Curis & tribunali bus Iudicum ac Principum, mala Ciuitatum corriguntur, puniuntur, impediuntur.*

gt. 18.

58.

Secundo, dirigenda est meditatio ad opera ordinaria benè peragenda; quod fit quatuor modis: Primò, Si singula offerantur rectè intentione, iuxta reg. 17. Sumi. Secundo, Si omnia fiant cù debita diligentia. Tertio, Si fiant cum feruore animi. Quarto, Si indices perfectiore modo peragantur, ita vt cum diebus crescat perfectio in operando, quae addicitur ex Christi vita, & passione, in meditationibus benè ponderata. Hi

enim sunt duo principales fines & fructus orationis. Nam, vt ait S. Bernardus, *Oratio est deuotio cordis intentio ad Deum, pro amouendis malis, & bonis adipiscendis.* Et hæc duo præcipue acquiruntur per meditationes accommodatas primæ & secundæ hebdomadæ Exercitiorum Sancti Patris Nostri Ignatii. Idèd huc dirigendæ sunt, vt quod in S. Marcellâ laudat S. Hieronymus, *Meditationem diuine legis non in replicando quæ scripta sunt, vt Iudeorum existimant Pharisei, sed in opere intelligas, iuxta Propheta verba dicentis: A mandatis tuis intellexi: vt postquam mandata compleisset, tunc se scire mereri intelligentiam Scripturarum.* Ad hanc autem executionem bonorum operum, conducit assidua meditatio accendens voluntatem ad studium illorum. Benè enim ait S. Augustinus: *Rectè nouit viuere, qui rectè nouit orare. Nihil est iam difficile, & arduum, inquit Seneca, quod non humana mens vincat, & in familiaritatem perducit assidua meditatio.* Sed quia inter bona adipiscenda præcipuum locum obtinent bona difficilia & heroica, id est, res, in quibus exercetur humilitas, patientia, indifferentia ad omnia, idèd meditatio dirigenda est. Tertio, ad ferendam patienter, immo libenter, immo etiam cum gaudio, seu, vt loquitur S. Bernardus, *ardenter omnia, quæ displicent amori nostro proprio, vt sunt nostri humiliactiones, confusiones, contemptus, falsæ accusationes, degradationes, non promotiones ad altiora, & ad gradus & officia speciosa, & quæuis iniuriæ verborum, vel factorum, & penæ priuatæ & publicæ, siue reprehensiones, siue alia. Ad quæ omnia, cum pace animi ferenda, vehementer conducunt meditationes, de Christi Domini Passione, propriæ tertiæ hebdomadæ, & ad tentationes demonis, quæ in talibus occasionibus surgunt, reprimendas. Vnde merito in vitis Patrum quidam Senex suadebat, *Attende meditationi tuæ cum timore Dei, exurgens tam mane quam vesper, & imperum inimicorum non timebis.* Qui ergo suas meditationes, ad hæc tria diligenter diriget, excitando in se piis considerationibus fugam omnis peccati & imperfectionis, & amorem perfectionis in operibus omnibus, etiam difficilibus rectè peragens, & frequentandis, descendendo ad particularia proposita, circa res quasuis minutas, non tantum conseruabit spiritum, si eum ex Nouitiatu attulit, sed etiam augebit allatum, & non acquiritum in Tirocinio, certò acquirere in Collegio. Nam, vt ait S. Chrysolomus, *Si qui cum sapientibus viris colloqui solent, propter assiduam consuetudinem sic breui transmutantur, vt illorum prudentiam reserant, quid dicere conuenit de his, qui cum Deo colloquia miscnt, ei sua vota deferentes? Quanta sapientia, quanta prudentia, quanta bonitate, quanta sobrietate, quanta morum equitate, replet illos precatio & obsecratio? proinde nequaquam aberrauerit à vero, si quis asseret, deprecationem esse causam omni virtutis & iustitia. Et infra. Quæ admodum vbi Regina qua-**

59. Scal. Cla.

ep. 16. ad Principi.

h. 4. ex 10. homil.

lib. 2. de itac. 6. 11.

60.

1. de 3. And.

1. 1. 9. 11.

de vit. f. col. 10.

dep. 7.

61.

1. de C. lib. 2. c. 7.

61. lib. 2. de Orand.

c. 4. E. hierar.

quepiam ingreditur Ciuitatem, necesse est, vt omnia opulencia consequatur pariter; sic posteaquam deprecato venit in animam, omnes virtutes simul ingreditur. Allecturavit Deus hac in re S. Catharinam Senensem: Noueris, inquit, filia charissima, quod in oratione humilis, continua, & fidelis, cum vera perseverantia, licet atur anima perfectionem & omnem virtutem. Et, vt ait S. Chrysostomus, Quando ex profundo corde prodit oratio, & non ex solis labiis & lingua, antequam consequatur, quod postulat, magna bona percipit: omnes animi perturbaciones reprimens, iram sedans, inuidiam expellens, rerum ad vitam pertinentium amorem diminuens & exsiccat, animum in magnam tranquillitatem redigens. Quod si parit hoc Oratio sumpta pro meditatione, multo magis id prestabit sumpta pro meditatione; seu, vt eam describit S. Augustinus, pro studiosa inuestigatione occulta veritatis: quod fit, vt ait S. Bernardus, dum propria rationis: dum, vt idem ait, sedula meditatio non remanet extra, non haeret in superficie, sed ulterius pedem figit, interiora penetrat, singula rimatur, & masticando ac rimando succum elicit: & transgredienti vsque ad cordis intima transmittit. Vt ex his diligenter consideremus statum nostrum, & studeamus eorum opera agere, quorum facta cupimus lectitare. Est enim proprium rationalis creaturae, inquit S. Thomas, quod per inquisitionem rationis moueatur ad aliquid agendum. Non quod sola nostra inquisitio hoc praestet, sed quia, vt ait S. Bernardus, diuina sapientia praecipit eos, qui se concupiscunt, & occurrunt eis, & ostendit se in visis suis hilariter, sicut in proficiendo; sic & in meditando & tractando, attingens vbique propter sui munditiam. Adiuuat enim Deus vultu suo se intuentem, monet ac promouet, & attrahit specie summi boni se contemplantem. Cumq; ratio proficiendo in amorem suosum ascendit, amantii & desideranti gratia condescendit. Vnum caput sunt, quae illos duos status efficiunt, quae sunt ratio & amor, & quae ex eis efficiuntur, scilicet Scientia & Sapientia.

Hinc fit, vt S. Bernardus alibi docet, quod rerum particularium, quae fit in meditatione consideratio, mentem, de qua oritur, purificat, regit affectus, dirigit actus, corrigit excessus, componit mores, vitam honestat & ordinat, agenda praordinat, acta recogitat; vt nihil in mente resideat incorrectum, aut correctione egens. Hac est quae in prosperis aduersa praesentit, in aduersis quasi non sentit.

Et hac ratione diuinos mores imitatur, & in se exprimit, deditus meditationibus accuratè peragendis. Vt in imaginibus, quae sub sensum cadunt, inquit S. Dionysius Areopagita, si primam speciem obicitur vicissim trahatur, aut aliqua ex parte vim oculorum diuidat, illum ipsum, quisquis sit, qui pingitur, si fas est dictu, duplicabit, exprimetq; & veritatem in similitudine, & exemplar in imagine, vtrumque in vtroque prae essentia dissimilitudinem: sic egregis in mente pictoribus intenta in fragrantem abstrusamq; pulchritudinem atque non inflexa contemplatio, ex-

perem erroris, diuinamq; imaginem reddet. Scilicet per imitationem virtutum Christi Domini in consideratione vitae eius agnitarum & adamatatum, qui est fructus praecipuus nostrarum meditationum. Merito ergo commendat etiam suis Monialibus meditationum usum S. Teresa, loquens de Meditatione, prout est diuersa à contemplatione proprie dicta. Si, inquit, de meditatione voluissetis, vt vobiscum agerem, etiam de illa loqui possem, & omnibus suadere, vt eam exercerent, tamen si virtutes nullas haberent. Etenim ipsa omnium virtutum comparandarum principium est, & omnium nostrorum Christianorum vita in eo sita est, vt ei nos dare incipiamus: atque ad eum nemo, quantumuis perditus & improbus sit, siquidem à Deo ad tantum bonum excutetur, ipsam negligere aut omittere debet, vt alio me loco monuisse memini, quod ipsum & alij multi scriptores docent. Hucusque S. Teresa, cuius testimonium hoc loco inferui, vt appareat, immerito quendam hystoriographum Carmelitam Discalceatum eum orandi modum, qui in Societate nostra, & apud alios Religiosos & viros spirituales in vfu est, per pios discursus, improbase, tanquam ineptum ad assequendam Dei & rerum diuinarum cognitionem, & humano artificio nixum. Ad cuius argumenta, contra nostrarum meditationum usum, collecta ex SS. Doctoribus, sed male ab eo intellectis, in notis meis supra Exercitia spiritualia nostri Sancti Patris, & nostrum meditando modum in Exercitiis à sancto Patre praeriptum, & Scripturae & Sanctorum testimoniis ac exemplis comprobauit.

Vt autem hi per meditationem acquirantur effectus, perquirenda sunt, vt inquit B. Laurentius Iustinianus, non quae eleuent, sed quae pascant & accendant. Nam, vt ait S. Ioannes Climacus, Sanctus & caelestis ignis aliquos in oratione comburit, sordes aliquas & materiam in illis expurgans, alios illuminat pro mensura perfectionis: est enim ignis consumens & lux illuminans. Qui verò absque his duobus effectibus ab oratione exeunt, corpore, non spiritu Iudaice dixerim, orant. Vbi verò intelligensiam charitas, inquit S. Bernardus, agnitionem deuotio comitatur (tanquam dua ala Seraphini) volat securè quisquis eiusmodi est, volat sine fine, quia volat in aeternitatem, saltem ascendat, si volare nondum potest. Ascendendo, non volando, idem ait alibi, apprehenditur summitas scale. Ascendamus igitur velut duobus quibusdam pedibus meditatione & oratione. Meditatio siquidem docet, quid desit; oratio, ne desit, obtinet. Illa viam ostendit, ista deducit. Meditatione denique agnoscimus imminetia nobis pericula, oratione euadimus, praesente Domino nostro Iesu Christo. Quocirca merito B. Laurentius Iustinianus dixit, Orationem esse animae sanctae subsidium, Angelo bono solatium, diabolo supplicium, Deo gratum obsequium, vitiorum extinctionem, virtutum matrem huius peregrinationis solatium, animae speculum, conscientiae robur, cognitionis viam, confidentia nutricem, charitatis inuentricem, laborum solatium.

Itin. perf. cap. 16.

F. Ioseph. à Iesu Maria in vit. lo. de crucelib. r. cap. 4.

64. de discip. mon. conuer. c. 18. gr. 28.

f. 4. in c. 6. I. f. i.

ser. de S. A. ad.

lig. vitæ. de orat. c. 2. fine.

compunctionis causam, calt portam, cogitationum malorum inremptricem, Angelorum imitaricem & omnium spiritalium bonorum interuentricem optinam, quam qui perseveranter tenuerit, perire nequibit. Porro vt ignis iste caelestis in oratione comburatur nostra vitia ac imperfectiones, & nos illuminet ad omne bonum exequendum, praebenda est hinc flamma caelestis apta materia. Ea autem sunt potissimum mysteria vitae, Passionis, & mortis Christi, quae sola studiorum tempore meditanda essent, immo & aliis temporibus, vt suadebat & faciebat S. P. N. Ignatius, & S. Xaverius, & SS. antiquiores, Augustinus, Bernardus, Thomas Aquinas, Bonaventura, B. Laurentius Iustinianus. Non recte oras, inquit S. Bernardus serm. vltimo in Cantica, si orando praeter Verbum aliquid quaras, aut quid propter Verbum non quaras, quoniam in ipso sunt omnia, ibi remedium vulnerum, ibi subsidia necessitatum, ibi refectus defectuum, ibi profectum copiae, ibi denique quicquid accipere vel habere hominibus expedit, quicquid decet, quicquid oportet. Quamobrem anima, inquit B. Laurentius Iustinianus, quae merito & nomine vocatur sponsa, ne tanti benefici migrata sit, sedula meditatione reuoluat in se sacrosanctum diuinae humanag. naturae mysterium, per quod lapsi hominis reparatio facta est. Quod efficacius alibi sic commendat. Nulla salubrior ad mentis construendum habitaculam cogitatio reperitur, quam Passionis Christi: per ipsam quippe humanae salutis restauratio, & ineffabilis Dei ad homines agnoscitur summa dilectio. Nemo aliunde diuinae caritatis eternum fontem degustat melius, quam in huiusmodi attentae sedulaeque meditatione. Quicumque igitur Deo per internam exercitationem inherere concupiscit, quicumque mentis sua dispersionem ad serenocare desiderat, in hoc animarum collarium sponsi introire conetur. In ipsa deuotus inquisitor ingressus meditando distincte seriatim, consideret diligenter, quis, qualis, vbi, qualiter & quare patiat: ista nempe sent. per qua meditantis animus inflammatur ad amorem, ad imitationem prouocatur & ad cognitionem, &c. Et infra: Huius Passio quam flagrantissima fuit exhibitae charitate, vehementem in meditantis corde accendit affectum, atque locupletem reddit fructum: amoris vero & sapientiae compassionis & deuotionis: amorem quidem & sapientiam spiritalibus & perfectis, incipientibus vero & inexpertis compassionem ingerit & deuotionem. Magnis & eruditis proponit patientis & patientis causam, vt illos caritate & sapientia repleat, introducendis autem modum & seriem format, quatenus componat, compungatq. ita vt nemo sit, qui se abscondat a calore eius, qui pure humiliter, ardentemq. ipsam degustare voluerit. Reuoluendo autem piis considerationibus vitae & Passionis Christi mysteria, bona proposita inde orata Christi seruus exequatur sedulo. Nam, vt ait S. Ambrosius circa illa verba, Ecce concipies in utero & paries; Non omnes sunt sicut Maria, vt dum de Spiritu Sancto concipiunt Verbum, pariant: Sicut autem qua abortiuum excludunt Verbum, antequam pariant, scilicet

qui non exequuntur bona proposita. Tales sunt ex eorum numero stultorum, quos sic describit Seneca: Inter cetera mala, hoc quoque habet summum, semper incipit viuere. Ecce est hominum leuitas, quotidie noua vita fundamenta ponentium, nouas sperantiam in exitu inchoantium. Quid autem est turpius quam senex viuere incipiens? Qui enim exequitur bona proposita, vitam semel bene inchoatam continuat, non inchoat nouam quotidie, nisi forte magis proficiendo indices eandem vitam reddat meliorem, & tanquam infans ad pueritiam, ab hac ad spirituales inuentum, & tanquam ad virilem, per incrementa annorum virtutis perducatur, & maturitatem perfectionis acquirit, cum incremento aetatis, coronet. Sed meditationem vitae, praesertim Passionis, Christi commendans B. Laurentius Iustinianus & Deo discipulis & aliis, sic ait: Quicumque esse Dei fidelis seruus & prudens desiderat, Saluatoris gesta, & praecipue ipsius Passionem, ruminare non negligat. Et alibi: Gesta Saluatoris sit ortus, vite progressus, passio, & resurrectio, nec non & Ascensionis exultatio. Si diligenter meditantur plurimum spiritalis dulcedinis animo cogitantis ingerit. Nulli autem samulantiu Christi, fas est, has postponere meditationes Redemptoris, vt ex ipsarum consideratione intelligant humano generi charitatem exhibitam, pati concupiscant, compati discant, sed amare studeant. & Deo gratias agere nunquam desinant. In his vtique meditationibus assidue ardentemq. incumbendum est, & singula diligenter pertractanda sunt, nisi forte ex superuenienti nouo gratiae lumine, aut ex abundantiori charitatis affectu, cor ad alia meditando raperetur. Nam huiusmodi infusionibus nunquam resistendum est. Quicquid enim tunc cogitatur, vel cogitandum proponitur boni, intermittendum est, & ad tempus seponendum, ac sic tota spiritus alacritate, caelesti immersioni subdendum est cor, atque prout gratia communicauerit, obedire non renuat. Repugnare autem, & vocari Deo nolle humiliter acquiescere, nil aliud est quam fluente gratiae desiccare, & ad sui praediciu, aditum internarum deuotionum obstruere. ac Dei iram contra se fortiter aduocare. Propterea Paulus ait: Spiritum nolite extinguere. Alibi i. Theol. Eccl. 1. quoque dicitur: Cum Spiritus potestatem habens intruerit super te, da ei locum. Quod deinceps fatus hic Sanctus prosequitur.

Porro vt orandi studium omnibus cordi sit, nec vnquam ob studia omittatur vel decuratur oratio, duo inter alia nunc consideranda propono:

Primo, plus iuuare Deum, (vti nos fides Catholica docet, & id sine haesi negari non potest) ad perficiendum in literis, ad bene disputandum, ad defendendas theses, ad parandam concionem, ad negotia externa expedienda feliciter, quam proprium hominum studium & industria possit, praesertim, si ea offendantur Deus, quando ob illud ex negligentia, oratio, quae est colloquium cum Deo, omittitur vel decuratur. Ideo olim Deus reprehendit, sanctae vitae

Maff. l. 3. cap. 1. Turcl. 6. cap. 5. Aug. l. 2. Confes. c. 16. & l. 2. de doct. Christi. cap. 41. Ber. l. 62. in Cant. & in cap. 6. Hui. & de vit. solit. col. 18. & in form. honeft. vit. Th. 1. 2. q. 82. a. 3. ad 3. Bon. col. 7. & sim. mul. diu. amor. Iust. disc. mon. c. 8. & de Call. coa. c. 23.

In. cap. 1. Luc.

ep. 13.

1. de o. 1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

1. de o. 1. de o.

vita adolescentem, condiscipulum meum in Logica, Ioannem Mariam Campori, in India Orientali ante paucos annos sancte mortuum, dum disputaturus in schola, die disputationis, non quidem præscriptam à Regulâ meditationem omisit, sed certas qualdam deuotiones, spontaneas & liberaas, quò plus haberet temporis, ad se pro disputatione præparandum. Audiuit enim vocem Domini, se ita commentem: *Putasne te posse sine meo auxilio bene disputare: an non facilius meo orando potes obtinere auxilium, quam studendo? Quo diuino monito edoctus, nunquã postea, studiorû gratiã, priuatas deuotiones omisit.*

66. *Secundo, consideranda sunt terribilia S. Chrysofomi verba iis præsertim, qui facillè vel omitunt, vel decurtant orationem à Regulâ imperatam. Cùm, inquit, videro quempiam non amantem orandi studium (quo caret ille, qui præscriptam omittit orationem, vel decurtat) nec huius rei feruorã reuerentiã, curã teneri, continud mihi palam est, eum nihil egregia dotis in animo possidere: Et quisquis non orat Deum, nec diuino colloquio cupit assidue frui, is mortuus est. & vitã carens, expertusq; sana mentis. Nã hoc ipsum euidentissimam est arguentum amentie, non intelligere magnitudinem huius honoris, nec amare deprecandi studium. Quin insuper, quod oporteat, quavis more tristis exsilimare, si quis deprecatione priuatur, pulchre vos docet Daniel ille Propheeta magis, qui maluerit emori, quam tridud duntaxat arce-ri ab orando. Et simpliciter impossibile est, absque precatiõis presidio, cum virtute agere. Precazio, seu radix & basis, omnibus ceteris subternitur, neque secus ac nauem & domum ea qua subleuata sunt validam reddunt, ac ne soluantur continent, ita nostram vitam orandi studium & continet, & vbiq; firmam reddit, aded vt absque hoc nihil nobis boni possit contingere, neque*

68. *quod ad salutem conducatur. Et infra: Precazioe, omnes homines non minus opus habemus, quam arbores aquarum humore. Neque enim ille valet fructus producere, nisi bibant humorem radicibus, neque nos pretiosus pietatis fructibus, poterimus esse grauidi, nisi precibus irrigemur. Quapropter oportet, & stratis relictis,*

69. *diuino cultu preuenire solis ortum &c. Et, Sceleratissimi spiritus continenter obambulant, obseruantes nos, vt si quem deprehenderint, nudatum deprecationis presidio, protinus abripiant: si nos conspexerint deprecatione communitos, illico resiliunt, non aliter, quam predones ac facinorosi, vbi conspiciunt militis gladium, in suum caput vibrari. Quod si contingat, aliquem esse nudum deprecationis presidio, hic auulsus deportatur à demonibus, & in calamitates, variaq; mala impellitur.*

70. *Aliã similitudine hoc ipsum declarat & alio libro, idem Sanctus: Quemadmodum ciuitas, qua muris cinãta non est, facile venit in potestatem hostium, propterea quod prorsus absq; id, quo fuerat hostium incurfus accendat, sic & animam non munitam precibus, diabolus facile in suam redigit ditionem, nec multo negotio, omni genere scelerum implet.*

Verissima scripsisse hunc Sanctum docet frequens experientia, Quotquot enim in Religio-

ne labuntur in aliquod peccatum morale, vel statum religiosum deserunt, aut aliquod scandalum edunt, infallibile argumentum est, eos vel omittere diu solitas stas orationes, vel decurtare, vel negligentissimè, & tantum ad oculum (vt viderentur orasse) eas expedituisse. Ne ergo ad tam infelicem delabaris conditionem, diligenter quotidianis meditationibus attende, vt earum presidio, & perseverantiam in statu religioso, & conseruationem ac augmentum spiritus, & perpetuum in virtutibus progressum, ac in studiis, acquiras, omni denique bono ad salutem & perfectionem necessario implearis. Nam, vt ait B. Laurentius Iustinianus, *Nil aprius Deum possidere facit, & mentem refranat, quam attempta meditatio, qua in oratione proponitur. Hæc siquidem cor amouet ab exterioribus (quæ ordinariè solent esse causa imperseuerantiæ & multorum scelerum) & ad se redire compellit. Hæc est disciplina mentis, spiritualis pedagogus, orationis funiculus, incipientium eruditio, & intentionis mentis prouida gubernatrix. Præcurrit orationem Spiritus, disponit ad contemplationem, anime munditiã operatur, ministrat deuotionem, in corde spiritualem lætitiã ebullire facit, atque Sapientiæ parat domicilium. Ex ipsius auiditate stabilitur mens, cogitationes purgantur, solitudo (in cellã seu domicilio) sapit, delectat Deus, ingenium acuitur, castificatur sensus, illustratur ratio, loquela restringitur, & animus ad alta suspenditur. ipsa est spiritualis ianua orationis, per quam Verbum ab ingredientibus agnoscitur, & puris muneribus honoratur. Quamdiu mentis oratio veraciter possideretur, tanquam oculi pupilla, meditatio custodienda est, & velut quoddam spirituale depositum seruanda.*

CAPVT SEXTVM.

Explicat puncta quotidiani Examinis.

71. **T**ertio, valde quoque conducet ad conseruandum & augendum Spiritum tempore studiorum, Examen quotidianum, ante prandium, & ante somnum, adhiberi solitum, ex præscripto nostratum regularum, si in eo singulas tuas, internas & externas, actiones discutias intimè, cum suis finibus, & circumstantiis, & quas à rectã procedendi norma inuenies descisuisse, aci censurã reprehendas in Te ipso & coram Deo per excitatum de iis dolorem ac proposito emendationis. Magni fiebat ab antiquis

de cast. con. c. 22.

71.

Russ. l. 3.

n. 131. tit. 1.

Pasch. c.

15. num. 3.

L. 7. c. 15.

num. 3.

Rosv. p.

519. &c.

672. col. 1.

num. 3.

(hryf. ser.

quales

ducentes

xxor.

2. Cor. 7.

emen-

emendatio morum, vt plena sit & absoluta, etiam exteriores membrorum gestus, ac motus quiuis, & vocis sonus, examinandi sunt, dum alia examinantur, & cum Sanctorum ac Christi ipsius viuendi ratione conferantur. Nam, vt bene ait Plutarchus in suis moralibus, sicut amanti omnia placent in amato, sic in eo in quo virtutem amamus, etiam gestum, incessum, & aspectum imitari gaudemus. Hac ratione extirpabuntur, vel saltem minuentur, vitia & imperfectiones, & bonis operibus splendor quidam & ornatus accedet, dum indies perfectius (hoc est, diligentius & feruentius, & Christo & Sanctis eius similius) peragentur, & mentis puritas augebitur; quæ si adsint, sine vllâ dubitatione, securè conseruabitur spiritus & augebitur.

72. Conseruatio enim eius, & augmentum, in eo situm est, ne crescant, sed minuantur vitia, & defectus, & vt bona acquisita retineantur ac perficiantur magis ac magis, & hac ratione mēs nostra purissimum & Deo dignum habitaculum fiat.

73. Agnoui hanc vtilitatem examinis lumine naturæ illustratus Seneca: *Desinet, inquit, ira, & moderatior existet, quæ sciet sibi quotidie ad Iudicem esse veniendum.* Sicut enim artifices, dum ea quæ fecerunt, accuratè examinant, agnoscunt errata manus, & ea quæ etiam perficiendo operi addi possent, & adiungi, si post absolutum opus, illud examinent & vndique circumspiciant: ita planè contingit in actionibus spiritualibus, beneficio quotidiani examinis. In eo enim, si diligenter instituat, agnoscimus lapsus nostros, vt eos vitemus: agnoscimus, quæ ad perfectionem desiderantur operum, ea vt deinceps meliora à nobis proueniant, & vt in virtutum factu opificio indies crescamus, & vtilissimum ac ornatissimum cor, inhabitanti Deo exhibeamus. Id eodē S. Vincentius Ferrerius inter media ad acquirendam cordis munditiam, etiam examen conscientie recenset. *Te ipsum, inquit, sine cessatione considera, & semper sine simulatione te iudica, in omni actu tuo, in omni locutione tuâ, in omni cogitatione tuâ.* Quocirca mirum non est inter beneficia, quæ viuens in carne, aliis Beatissima Virgo, suis sanctissimis exemplis præstitit, fuisse vsum Examinis. Quod Deus per Angelum reuelauit S. Birgittæ his verbis: *Ex eius honestissimis moribus, addiscebant Virgines honestè se gerere, & virginalem pudicitiam suam vsque ad mortem firmiter conseruare, multiloquium & omnes vanitates fugere, ac omnia sua opera diligenter præmeditatione discutere, & spiritali libramine, equè lance iustissime examinare.*

74. Deinde, cum ad conseruationem & augmentum spiritus, necessaria sit quies & tranquillitas animi, vt & ad proficiendum in litteris; ad hoc quoque conducit illa Examinis pars, in quâ defectus nostros cognitos, acri reprehensione nostri castigamus. *Illud potissimum vt turbemur, in causa est, inquit S. Dorotheus, quod sedulo nosmet-*

75. ipsos non accusamus, nec quâ debemus diligentia, quarimus nos ipsos priuatim arguere. Hinc omnis nostra molestia & afflictio promanât. Hinc est, quod quietem nunquam, & nullibi animi pacem nanciscimur. Neque id quidem mirum, quandoquidem ore Sanctorum omnium celebratum, ac conestatum habemus, nullam præter hanc ad Deum patere viam, nec vnquam aliquem vidimus, aut audiimus, qui alia quàm hac ad Deum accesserit via, aut ad quietem peruenire valuerit. Ex quâ quiete animi & propria discussione conscientie, hoc quoque studiosi exacti Examinis ad spiritus augmentum consequuntur, quod indicat S. Gregorius Papa: *Sancti, inquit, viri, animorum suorum latebras, perscrutari non desinunt, sese subtiliter indagantes, terrenarum rerum curas abiciunt, & ipsis plene cogitationibus, cum nullo se reatu criminis mordere deprehendunt, veluti in stratu cordis, apud se securi requiescunt. Latere quoque ab huius mundi actibus appetunt, semper sua considerant, & cum loro regiminis minimè constringuntur, iudicare quæ aliena sunt, reculant. Defessi ergo securè dormiunt: quia dum sua intima vigilanter penetrant, à laboriosis se huius mundi oneribus, sub quietis otio occultant. Quin & ipse Deus suum erga nos fauorem indicat, dum nobis materiam Examinis demonstrat. Quæ est melior, inquit S. Bernardus, & efficacior commendatio nostri, quàm Diuina erga nos testatio charitatis? Testimonium verò amoris eius nullum credibilis, nullum certius in hac vitâ, quàm quod desiderat Propheeta, vbi ait: *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me.* Hac namque increpatione, quâ ingiter nobis suggerit in occulto spiritus veritatis, quid desit nobis superbiæ, negligentiam, ingratitude, iniquè repellit. Quo triplici vitio, omne paulo minus religiosorum hominum genus periculose laborat, pro eo quod minus attentè cordis aure percipiant, quid intus loquatur is, qui neminem palpat spiritus veritatis.*

Quoniam verò multos deprehendi, qui peracto Tyrocini biennio, modum examinandæ conscientie ignorant, aut non tam perfecte eam examinant, vti deberent: Alij verò qui minimos defectus studiosè vitant & feruenter in viâ Dei currunt, post examinatas omnes actiones diligenter, multum adhuc superesse temporis ad finem quadrantis, pro examine destinati, vident, & nesciunt quâ in re temporis reliquam partem expendere debeant; vt tam perfectorum quàm imperfectorum vtilitati consulam, tradam hoc loco vtrisque, non contemnenda documenta: & quid in quinque punctis Examinis, à S. P. Ignatio præscriptis, fieri possit à studiosis perfectionis, distinctè aperiam.

In gratiarum actione, nouem sunt obseruanda, sed breuissimè, sine reflexionibus, tamen feruenter, & (vt dicitur) affectuose. *Gratiarum enim actio, vt docet S. Bernardus, debet esse deuotione plenissima, & deliciis affluens.* Est autem tanti momenti apud Deum, vt id eodē S. Bernardus alio in loco dicat, nos non exaudiri à Deo, etsi ineffanter oremus, petamus, & postulemus dona Dei

73. l. 3. de ira cap. 56.

Ta. de vitâ spir. c. 3.

ser. Ang. cap. 19.

ser. 7.

76.

l. 10. mor. cap. 11.

l. de trip. glori.

Pl. 140.

77.

l. de quatuor modis orandi, hinc.

l. con vitâ.

Ingr.

Dei mediocritia, quia non agimus gratias dignas pro donis perceptis; quas qui agunt, recipiunt noua & maiora Dei dona, vt docent SS. Chrysoſtomus, Auguſtinus, Bernardus & alij. Addit autem I. C. S. Bernardus, Foridè hoc etiam clementiã videri, ingratias negare quod poſtulant; ne contingat nobis, vt tantò grauius de ingratitudine iudicemur, quantiò magis accumulatis beneficiis, ingrati probaremur exiſtiſſe.

Primo ergo age gratias pro beneficiis communibus omnibus Religioſis, Creatione, Redemptione, conſeruatione, iuſtificatione, vel cõuerſione, & vocatione &c.

Secundo pro beneficiis particularibus, tum præteritis, tum illius diei præſentis. Immo & pro futuris, vt monet S. Baſilius, & S. Ambroſius: quæ quidem beneficia ſunt in aliis alia. In ſpecie age gratias, quod te in ſtatu Religioſo conſeruet; quòd ſine peccato mortali viuas, quòd habeas deſiderium vitæ perfectæ, quòd multa patiaris (ſi pateris) duroſque bolos deuores, quòd multas bonas inſpirationes tibi Deus immittat; quòd tantã cum patientiã expectet emendationem tuam; quòd ad hanc horam te vitium conſeruans, dederit tibi longius ſpatium ci ſeruiendi; & lucra ſpiritualia congregandi.

Tertio pro beneficiis quæ conceſſit humanitati Chriſti, Beatiffimæ Virgini Matri Mariæ, aliſque Sanctis, Angelis & ſpiritibus beatis & humanis, maxime Patronis tuis. S. Gertrudis diuinitus intellexit: *Quandocumque aliquis gratias agit Deo pro Sancto aliquo, Dominus de merito Sancti illius auget gratiam in animã eius, qui pro eo gratias perſoluit.* Cùm ergo ſint tot myriades ſanctorum Angelorum & animarum beatarum in celo, cogita quàm ſalutare fuerit, pro omnibus illis gratias agere. Et S. Gertrudi morturæ promiſit: *Quot vicibus aliquis Deum cum deuotione laudaret, aut gratias ageret Domino pro beneficiis ipſi collatis, tot virtutibus ſue gratiis ſpiritualibus Dominus ipſum laudantem vellet ditare ſi non in inſtanti, certo tamen tempore congruenti.*

Quarto pro rebus minimis quoque, vt i monet S. Chryſoſtomus & S. Bernardus, magnã cum teneritudine & affectu age gratias, quales ſunt illæ, quæ tibi inter examinandum occurrunt, v. g. *Domine mi ſurrexi tali horã, & dormiui bene ſine tadio, ſis benedictus Domine mi: veſtiti me, & exiui de lecto decenter. ſit iterum nomen tuum benedictum: immo etiam pro rebus naturalibus, quas ſcribere non ſinit pudor, gratias oportet agere, non enim id genus beneficij conſeſſum eſt omnibus. O quot ideo malè perierunt! Diſce, inquit S. Bernardus, in referendo gratiam non eſſe tardus aut ſegnis: diſce ad ſingula dona gratias agere. Diligenter considera quæ tibi apponuntur, vt nulla videlicet Dei dona, debita gratiarum actione fruſtrentur, non grandia, non mediocritia, non puſilla. Denique iubemur colligere fragmenta, ne pereant, id eſt, nec minima beneficia obliuiſce. Credi verò non poteſt, quantum proſit,*

hæc pro minimis rebus gratitudo, ſi fiat cum affectu filiali, ad Dei gratiam rebus in maioribus lucrificandam.

Quinto, agenda gratiã pro rebus aduerſis, vt ſuadent S. Leo, S. Baſilius, S. Chryſoſtomus.

Sexto pro beneficiis occultis, & ignotis nobis. Quod ſic commendat S. Chryſoſtomus: *Quis que noſtrum ſi fieri poteſt, inquit, per ſingulos dies, intra ſe computeſt, non tantum communia beneficia, verum & propriè ſibi collata, non tantum promulgata, & omnibus manifeſta, ſed etiam peculiaria multoſque latentia. Sic enim continuam gratiarum actionem Domino poterit exhibere. Hoc maximum eſt ſacrificium, hæc oblatio perfectã. Hoc fiducia nobis fiet occaſio. Et lib. 1. de prouidentia col. 11. idem Sanctus: *Plurima, inquit, Deus & magna quotidie pro noſtra ſalute diſponit, quæ ſibi ſoli ſunt cognita. Quia enim ſola bonitatis ſue gratiã mortalibus per omnia proſpicit, nihil noſtris indigens laudibus, nullã aliã remuneratione opus habens, plurima nos latere permittit. Non igitur de hiis ſolum qua noſcimus, gratias illi referamus: neque enim volentes ſolum, verum inuitos quoque & nolentes beneficiis conſuevit afficere. Quod Paulus optime nouerat, qui ſemper & in omnibus gratias agere monebat.**

Septimo, pro beneficiis, quibus homines abutuntur.

Oſtauo, pro iis, pro quibus non agunt alij debitas gratias.

Nono, pro non commiſſis eo die peccatis, quæ commiſſeſt ni Deus impediſſet, & quod te Deus ad hanc horam præſeruarit à multis calamitatibus & miſeriis corporalibus, morboſis & aliis caſibus infelicibus, quibus tot alij ſunt affecti. Quæ gratiarum actiones, quanto perè Deo ſint acceptæ, & à magnis Sanctis commendatæ, & vſitata, oſtendi in Opuſculo de praxi Diuine præſentia.

Quod ſi queras cur S. Ignatius Examen incipit à gratiarum actione? Reſpond. quia primitiarum anima primitiua, inquit S. Ambroſius libr. 1. de Cain & Abel. c. 10. eſt puro corde, & ſimplici ſermone, oblata Deo gratiarum actio.

Deinde in examinandã conſcientiã, quoad peccata inuenienda, modus facilior ea inueniendi, eſt, ſi per ſingulas actiones à primã expurgatione, inſtituatur Examen, eo ordine, quo actiones factæ ſunt, in ſingulis inquirendo cogitationes, opera, & verba, & omiſſiones indebitas.

Porro in ſingulis actionibus, ſi quod Dei beneficium occurrat memoriã, ſtatim pro illo, breuiter, ſed affectuoſè, gratiã agenda Deo, v. g. ſi oratio ſuceſſerit, age gratias, & propoſita in eã facta renoua: ſi legendo & ſtudento aliquid pulchri inueniſti, vel annotaſti, pro ſingulis talibus rebus age gratias: ſi tentationi reſiſtiſti, age gratias. Et ita S. Baſilius agens de quotidiana ſui diſcuſſione, *Necceſſarium eſt, inquit, vt de iis, qua illo die nobis data ſunt, & acquiſita,*

S. L. S. de
iciu.
Baſ. in
Pfal. 33.
Ch. in PC
138.
Chry. h.
72. ad
pop. col.
3.

cap. 10.

78.

79.

Aſcet. c.
37.

gra-

h. 2. in Pf. 50.

h. 4. in Genes.

h. in Pf. 4.

ser. 1. in Cant.

c. jr. dial.

l. 11. mor. cap. 17.

Iob. 13. 1. Cor. 11. 13.

gratias agamus. Et S. Chrysostomus: Dicitur in corde tuo, & in anima tua: Expendimus diem, & anima; quid boni fecimus: quid mali operati sumus: & si quid fecisti boni, gratias age Deo: si quid mali, de cetero ne facias. Et alibi: Rationarium nobis faciamus eorum que accipimus, & que expendimus: quidnam vtiliter & bene locuti simus, & quod otiosum verbum pronulerimus: & iterum quid vtile per aures in animam intro miserimus, & quid quod nocere possit. Et alio in loco, Quod facis, inquit, in pecunia, nec finis, ut duo dies pratercant, quin cum famulo rationem in eas ne confusionem inducat obliuio: hoc etiam fac in actionibus: singulis diebus vesperi ab anima rationem exige, & cogitationem, que peccauit condemna, eam velut in ligno suspende & torque, & iube ne amplius ea aggrediatur. Similia docet seu de penitentia & confessione enucleatius hoc explicat S. Bernardus: In quotidianis, inquit, exercitiis & bellis, que nulla hora pie in Christo viuentibus, desunt, a carne, a mundo, a diabolo, sicut militiam esse vitam hominis super terram incessanter experiri, in nobismetipsis, in quotidiana necessitate est Cantica pro affectibus victoriis inuouari: Quoties tentatio superatur, aut vitium subiugatur, aut imminens periculum declinatur, aut laqueus insidiantis deprehenditur, aut annoxa, & inueterata quacunque anime passio semel perfecteq, sanatur, aut multum diuig, concupita, & sepius petita virtus tandem aliquando Dei mouere obinetur, quid nisi toties iuxta Prophetam, personat gratiarum actio, & vox laudis? Et ad singula queque beneficia benedicitur Deus, in domino suis? Alioquin ingratus reputabitur, cum discussio venerit, qui non potuit Deo dicere: Cantabiles mihi erant iustificaciones tue, in loco peregrinationis mee. Quod si & ad singulos profectus vestros, iuxta ascensionem, quas quisque in corde suo disposuit, singula sint Cantica deprementia, ad laudem & gloriam promouentis. Hinc autem nascitur hęc inter alias vtilitas, quod indicauit Deus Pater Sanctę Catharine Senensis: Manus amoris affectus implet memortiam beneficiorum a me gratiosę tibi concessorum, ita ut iugiter in me delectetur. Quorum affectuosa memoria facit eum sollicitum & gratum, & omnino vitare facit, homine esse ingratum & negligentem. Præcipuus autem finis Examinis est homine purgare & preseruare ab omnibus negligentis & peccatis. Quod si res non successerunt, humilia te, tuis demeritis id adscribe, & sic alios pios affectus excita, sed breuiter, ne aliis punctis examinis tempus adimas, diu herendo in peccatorum commissorum inuestigatione.

Similem ob causam, dum examinando actiones, inuenies aliquod peccatum in us admittit, statim breuiter dole de illo in particulari, & te ipsum increpa. Nam, ut ait S. Gregorius, Electi quique culpa suis nunquam sciunt parcere, ut possint culpæ iudicem placatum inuenire. Inueniunt autem, si vti S. Iob dixit, Vias meas in conspectu eius arguam, & ipse erit Saluator meus. Et Apostolus promittit: Si nosmetipsos iudicaremus, non

virique iudicaremur. Porro diligenter, ut monet S. Bernardus, scrutemur iuxta Prophetam vias nostras & studia nostra, & in eo se quisque iudicet profectus, non cum non inuenierit qua reprehendat (si verē in se habeat vifa reprehensione digna) sed cum que inuenierit reprehendet. Tunc te non frustra scrutatus es, si rursum opus esse scrutinio aduersisti. Et toties non te sellit inquisitio tua, quoties iterandam putaueris. Eā verō iteratā, dum inuenis te in re aliqua deliquisse, dole, accusa te statim Deo. Non dissimulemus peccata, inquit S. Bernardus, non nos palpemus: scientes, quod sic quisque inuenit gratiam apud Deum, si inuentus fuerit durus iudex apud semetipsum.

Peraeto verō omnium actionum Examine, tunc demum in genere dole, de omnibus peccatis, & commissionis & omissionis, eo die admittis: imō & de reliquis totius vitę, non tuis tantum, sed etiam alienis: qui dolor ex amore Dei profectus incredibiliter Deo placet, ut indicauit S. Catharine Senensis: Valde mihi placet, filia charissima, inquit Deus S. Catharine Senensis, desiderium volentis portare, omnem penam & laborem, vsque ad mortem, in salutem animarum. Vnde quo quis plus sustinet, plus demonstrat quod me amet, & amando me, plus cognoscit ex mea veritate: quod plus cognoscit, plus sentit penam & dolorem intolerabilem ex offensa mei. Tu pete bas sustinere, & punire defectus aliorum, supra te. & tu non aduerberas, quid tunc peteres (id petendo) amorem, lumen, & cognitionem veritatis: siquidem tam tibi dixi: quod quam maior est amor, tantum crescit dolor & pena: vnde cui crescit amor, crescit & pena. Et S. Gertrudis diuinitus intellexit: Inestimabilem dulcedinem, qua cor diuinum afficitur, quoties aliquis cum maxore recolit, se per dignationem cordis vel dissolutionem verborum, aut operum inuitium recidisse a Domino Deo suo, qui tam continuus beneficis præuenit & subsequitur ipsam, & cum desiderio proponit, similia de cetero velle cauere. Quod quotiescunque facit, toties Filius Dei inestimabili noua exultationis suauitate, affectus, eadem verba (sicut vidi Civitatem sanctam Ierusalem) concinit Deo Patri, que a Christo Domino cantata, dulciter audiuerat S. Gertrudis, in signum, quanto perē ei placeret dolor de peccatis & propositum ea cauendi in hominibus. Et addidit, qui sic dolet, cum proposito emendationis, & studij bonorum operum, eum veraciter effici tabernaculum Dei, in quo tanquam in domo propria habitare dignatur Dominus Manifestatis, sponsus anime amanti. Præter hęc bona, alia quoque proficiscuntur ex dolore de peccatis. Quia, ut ait S. Bernardus, Compunctio super delictis præteritis, delimit conscientiam, & corrodentium peccatorum dentes conterens, reducit ad spem venie, non solum autem præterita sed & futura repellit. Nam & tentantia propulsat vitia, & nonnulla scilicet perimit, ut raro aut nunquam erigere caput audeant venenatum &c. Et si quis perfectē senserit (quod sentitur in viuaci dolore de peccatis) omnia peccata, & anime laxationem exteriorum, virique aut parum sentiat, aut ex toto non sentiat corporis penam, nec reputabit

putabit laborem, quo peccata nouerit deleri praeferita, futura caueri.

81. Porro, inter multa diuina lumina, B. M. Magdalenae de Pazzis communicata: qua existens in raptualitate uoce pronunciauit, fuit etiam hoc: Deus complacet sibi plus in animâ uirgine, qua se conformat per dolorem, quam in illâ qua per amorem: quamuis ego sciam, ô Verbum, quod dolor, quem sentit anima mea ex offensis tuis, non potest nasci, nisi ex amore quem habet erga te, qui absolute est perfectior dolore. Et per uiam doloris adhuc plus exercetur anima in amore proximi, qua sic regnat in eâ uiuaciter. Zelus ille salutis animarum, qui tantopere tibi placet: dum ille deplorat alienos defectus, destruendo te in desideris aliena salutis. Adhuc ei placet magis exercitium doloris quam amoris, quia illud est species Martirij, quo anima sunt similes ei in Cruce pendenti. Et dolore suo possunt compati eius magis penitus, et flere amoris lacrymis eius passionem. Et cum dolor sit afflictiuus, purgat animam ab eius culpis. Amor est delectabilior, sed cum sumus in hoc mundo ut purgemur, est magis remota dolenda, et patiendi: pro amore Dei nostri, Deus sibi magis complacet de dolore quam de amore. Et ipso initio quo cepit abstrahi à sensibus edocta fuit à Christo Domino, ut instar turturis semper gement, et eique compateretur quod parum ametur et cognoscatur à Creaturis.

82. Ceterum cum dolorem de peccatis excitas, conare, ut id lumino cum seruo facias, et renoua actum contritionis, iuxta formulam solitam: quam si non habes, hæc esse potest. Domine Deus meus doleo de peccatis meis: quia detestor magis quam omnia alia mala, idque facio propter Te amatum super omnia alia bona: ideoq; uolo facere omnia, que vis à me fieri, et uitare omnia, que vis à me uitari. Amen. Sed siue inuenieris peccata uis non, doloreu tamen excitas, de praeferitis & de occultis peccatis, et te coram Deo profundissime humilias, & omnibus deteriorem ei repræsentas. Nam, ut ait S. Bernardus, Diligit Deus animam, que in conspectu eius, et sine intermissione considerat, et sine simulatione diiudicat semetipsum. Idque iudicium non nisi propter nos à nobis exigit, quia si nosmetipsos iudicauerimus, non utique iudicabimur. Propterea sapiens ueretur omnia opera sua, scrutatur, discutit, et diiudicat inuersa. Honorat quippe ueritatem: qui et se, et sua omnia in eo statu, quo ueritas habet, et agnoscit ueritatem, et humiliter confitetur. Audi deniq; manifestus à te iudicium exigi, post iustitiam. Cum feceritis, inquit, omnia que præcepta sunt uobis, dicite, serui inuiles sumus. Et alio in loco: Dicit semetipsum iudicare, se ipsum apud seipsum accusare: sapè etiam condemnare, nec impunitum dimittere. Sedeat iudicans iustitia stetit reus, et reus accusans conscientia. Nemo te plus diligit, nemo te fidelius iudicabit. Manè praeferita uocis fac in te exactionem, et uenturae diei tu tibi iudicio cautionem. Respere diei praeferita rationem exige, et superuenientis noctis fac iudicationem. Sic distincto, nequaquam tibi aliquando lasciuire uacabit, sic exoluat omne debitum spiritus Deo, corpus spiritui, ut si quid fuerit intermissum,

si quid neglectum, si quid imperfectum, suo modo, suo loco suo tempore, non abeat impunitum, vel irrecensatum.

Porro quamuis dolore castiganda sint quæuis nostra peccata & defectus, dolor tamen iste debet esse sine tristitia nimia, que pusillanimitatem generat, et fiduciam erga Deum valde omnibus necessariam minuit. Ideò B. Aloysius Gõzaga talem tristitiam post suos defectuos agnitos uehementer uitabat. Quod seruandum est, etiam in iis defectibus in quos sæpè labimur. Sæpè enim Deus id permittit ad bonum nostrum. Vnde potius lætari ob utilitatem inde prouenientem debemus, quam animo cadere. Docuit hoc Dominus S. Gertrudem: Quæ quadam nocte conscientiam examinans, et illum defectum in se recognoscens quod ex usu sapientie dicere solebat, Deus scire, sine intentione uel necessitate, et se ipsam per hoc reprehendens, cum desideraret à Domino ut hunc defectum in eâ penitus emendaret, et hoc sibi dono donaret, ne unquam mellis suam nomen suum in vanum nominaret, Dominus blandè ei respondit. Et quare uelles ut ego priuaret honore illo, et tu infinito fraudareris premio, quod lucraris, quotiescunque illum defectum uel similem recognoscens, de cetero cauendum proponis: Nam quodcumque aliquis studet, pro amore meo defectus suos deuincere, tantum mihi exhibet honoris et fidelitatis, quantum miles aliquis Domino suo exhiberet, si strenuè se in bello contra inimicos opponens, omnes manu forti uiriliter expugnaret ac prosterneret. Et aliâ uice, pro quadam personâ tentat orans Dominum, tale accepit responsum: Ego temptationem illam inuisi, et permitto ei ad hoc, ut talem defectum recognoscens et dolens, dolendoque deuincere studens, nec præualens, humilietur, et per hoc alij eius defectus, quos non recognoscit, coram oculis meis ex parte deleantur: sicut contingere solet hominibus, qui dum unam maculam euidentiorè considerant, manus totas abluunt; sicq; et ab aliis sordibus mundantur, quas nequaquam abluissent, si per illam euidentiorè compulsi non fuissent. Et aliâ quadam uice audiuit à Domino: Sicut quidam defectus, quos homo in se recognoscens, humiliatur et compungitur, et in his est profectus humane salutis. Et tales defectus permitto quandoq; etiam amicis meis, ut per ipsos in uirtutibus exerceantur. Sunt et alij defectus, quos homo recognoscens uilipendit, et quod peius est, quandoq; etiâ pro iustitiâ defendit, nec ab his corrigi consentit. Et talibus defectibus homo maximum incurrit periculum et perpetuum damnum. Tales defectus uitandi sunt, et in Examine diligenter notandi et defendendi. Et cû aliâ uice orando pro quadâ personâ, petiisset, Cur Domine nō aufers ab eâ mores inordinatos, et defectus alios, pro quibus sapè supplicauit. Ad quod Dominus: De me puero Iesu dictum est: Proficiebat etate et sapientia, coram Deo et hominibus: sic persona illa, de horâ in horam proficiens de uicio faciat uirtutem; et ego dimittam ei omnia, quæ sunt hominis, ut post hanc uitam percipiat etiam omnia quæ preparauit homini, quem disposuit super Angelos exaltare. Post hæc facta, tempore studiorum, fac Examē

H h par-

1.3. In fin. diu. piet. cap. 58.

1.3. c. 77.

1.4. c. 2.

1.3. c. 9.

84.

particulare, & puncta solita signa. Præterea si habes aliquod Numisma, vel imaginem sacram, indulgentiâ aliquâ ditatam, recita illam orationem breuem, cuius recitationi est concessa aliqua indulgentia. Talis est oratio illa: Anima Christi, in Exercitiis à S. Patre commendata, quam dicenti, trecentos annos Indulgentiæ concessit Ioannes 22. Et illa coram B. Virgine cum puero

85. Iesu stante intra solem: *Aue Sanctissima Maria, Mater Dei, Regina celi, porta paradisi, Domina mundi, pura, singularis tu es Virgo, Tu concepisti Iesum sine peccato, Tu peperisti Creatorem & Salvatorem mundi, in quem non dubito: libera me ab omni malo; & ora pro peccatis meis. Amen.* quam deuotè recitantibus, Sixtus IV. concessit Indulgentiam vnde decem milium annorum. Et alia, coram S. Annæ imagine & Beatissimæ Virginis Iesum baiulantis: quam ter dicenti Alexander VI. concessit triginta milium annorum indulgentiam, & est eiusmodi.

86. *Aue gratia plena, Dominus tecum: tua gratia sit mecum, benedicta Tu in mulieribus, & benedicta sit S. Anna Mater tua, ex qua sine maculâ & peccato processisti Virgo Maria: ex Te autem natus est Iesus Christus Filius Dei viui. Amen.*

87. Præterea (vt habetur in Compendio Priuilegiorum nostrorum p. 100. verbo Indulgentia §. 3.) Quicumque nostrorum quinquies Pater & Aue cum Gloria Patri ad finem cuiuslibet pro felici statu S. Matris Ecclesiæ, & semel Pater & Aue pro intentione Concedentis. cū Gloria Patri similiter, ad finem dixerit, quacunque hora à die, vel noctis, & quocunque loco dicatur, scilicet Choro, Ecclesiâ, Claustro, Oratorio ac Cella, cōsequetur indulgentias tam Urbis quam Hierusalē, & S. Iacobi in Compostella, ac quas consequuntur visitantes, secundâ die Augusti Ecclesiâ S. Mariæ Portiunculæ, siue de Angelis in Absidio. Concessit Leo X. Minoribus, & habetur in Compendio Minorum V. Indulgentia Stationum, quoad Fratres, & in supp. fol. 60. &c. Et quauis alia quædam Indulgentiæ à Gregor. XV. & Urbano VIII. sint reuocata, hæc non est reuocata.

Dices, Paulum quintū Anno 1606. Pontificatus sui anno secūdo, 23. Maij, reuocasse omnes prorsus Indulgentias ante se Regularibus cōcessas; ergo etiam hæ Indulgentiæ reuocate sunt ab illo.

Respondeo totum hoc verum esse, sed quia eodem anno idem Pontifex, pridie Nonas Septēbris, singula priuilegia, indulgentias, facultates, litteras apostolicas, immunitates, gratias, à suis Antecessoribus Societati nostræ principaliter & per communicationem concessas, qualescunque illa sint (non obstantibus contrariis quibuscunque) approbauit & confirmauit, & immouauit & de nouo concessit, idq. perpetuum, ideo nunc quoque illæ indulgentiæ vim suam habent in Societate, & in aliis Ordinibus qui habent communicationem Priuilegiorum Societatis.

88. Ceterum non est satis in examinandis singulis actionibus, habere rationem inueniendorum peccatorum (quamuis hic sit finis præcipuus Examinis, vt patet ex punctis eius, à S. P. Ignatio præscriptis) sed præterea opus est, dum

singula opera, eo quo peracta sunt temporis ordine, percurruntur, etiam si in illis nullum manifestum inueniatur peccatum, inquiratur studiōse, an defuerit eis aliqua perfectio, ob cuius defectum, vel Deo non placuerunt ad meritū, vel non tantum quantum placuissent, si perfectius peracta fuissent. Nam ad emendationem morum (quam in Examine prætendi à S. Patre patet ex quinto puncto Examinis ab eo posito) etiam hoc requiritur, non sola extirpatio, vel diminutio peccatorū. Sanè B. Laur. Iust. quinque

res ad conscientiæ Examen spectare indicat: Legitimū, inquit, amator Verbi, cordis sui latebras perustrat diligenter, intentiones, cogitationes, affectionesq. examinat, si quid in verbis, si in factis deliquerit, subtiliter diiudicat. Vnde benè S. Gregor. monet, vt vigilanti custodia ad interiora nostra residentes profectus nostros, defectusq. quotidie pensemus. Hoc faciebat S. Iob qui de se dixit: Verebar omnia opera mea, sciens, quia non parceres delinquenti. Quod ponderans S. Greg. Papa, post enumerata bona opera S. Iob, 1. 9. mor. ait: Tu sancti viri actibus, verbisq. colligimus, vt si placere Deo veraciter cupimus, postquam peruersa subigimus, ipsa in nobis etiam benè gesta timeamus, Duo quippe sunt, qua in bonis operibus necesse est, vt formidentur desidia videlicet, & fraus. Vnde & per Prophetam, apud vetustam translationem dicitur: Male dicitur omnis, qui facit opus Dei fraudulenter, & desidiosè. Desidia per torporem nascitur: fraus per prauam dilectionem. Illam namque minor Dei amor exaggerat; hanc autem male mentē possidens proprius amor creat. Fraudem quippe in Dei opere perpetrat, quisquis semetipsum inordinatè diligens, per hoc quod rectè egerit, ad remunerationis transitoria bona festinat. Sciendum quoque est, quod tribus modis fraus ipsa committitur, quia per hanc procul dubio, aut tacita cordis humani gratia, aut fauoris aura, aut res quelibet exterior desideratur, sed iustus quisque, in eo quod rectè agit, nec ab humano corde inanem gloriam, nec ab ore laudem, nec à manu recipere donationem querit &c. Sæpe bona nostra desidiâ interueniente deficiunt, quia à seruore, quo cepta sunt, frigescente amore tabescunt. Ex his S. Gregorij verbis duo potissimum defectus in bonis operibus querendi sunt in Examine.

Primò ne tepidè fiant. Secundò ne in iis quæta- 90. tur, specie boni palliatus, gloriæ appetitus, vel laudis alienæ, vel alicuius præmij, Sunt opera bona, veluti fluius quidam, ex fonte animæ emanans. Sed, vt idem S. Greg. alibi monet, Totâ virtute perspicendus est fluius operis, si purus emanat ex fonte cogitationis. Omni curâ seruandus est à malitia pulvere oculis cordis, ne hoc quod in actione rectum hominibus ostendat, apud semetipsum per vitium prauæ intentionis intorqueat. Curandum igitur est, ne nostra bona pauca sint, curandum, ne indiscussa, ne aut pauca agentes, inueniamur steriles, aut indiscussa relinquentes, recordes. Et infra: Curandum est, ne cum mala vincimus, bonis lasciuientibus supplantemur, ne fortasse fluxa prodeant, ne in circumspècta capiantur: ne per errorem, viam deserant, ne per lasitudinem fracta, ante-

89. de casto con. c. 7.

1. 2. mor. cap. 6. Iob. 9. 1.

1. 9. mor. cap. 17.

cap. 17.

cap. 8. de peccat. grad.

90.

1. 1. mor. cap. 10.

anteacti laboris meritum perdant. In cunctis enim vigilantius debet se mens circumspicere, atque in ipsa circumspectionis suae providentia perseverare. His similia commendavit Fratribus de Monte Dei S. Bernardus: Homini Deum amare volenti, vel iam amanti suae semper consulendus est animus. Examinanda conscientia, quid sit quod in totum vult, & propter quod vult, quidquid aliud vult spiritus vel odit, quidquid contra illud caro concupiscit. Et B. Laur. Iustin. monet: Quisquis virtutum amator est, sui diligens inquisitor sit. Quo impulsu, quoque affectu, ipsius moueat mens, considerare non negligat. Multisarij sunt interioris animi motus, & ad cognoscendum difficiles.

91. Dicitur primò: Pater, non semper inuenio peccata, quae sint materia doloris in Examine, dubito an non sim excaecatus; ideoque affligor, & vereor ne culpa meâ accidat, quòd peccata non inueniam.

Respondeo primò: Verum quidem est, peccata leuia non à quouis agnosci, & ab imperfectis, & tepidis raro omnia agnosci subtiliora. Nam, ut ait S. Diadochus, Paucissimorum est lapsus suos perfecte agnoscere, sed hoc eorum est, quorum mentibus nunquam excidit memoria Dei. Quæadmodum enim nostri corporis oculi, cum sani sunt, cuncta possunt cernere, etiam lucides in aere volitantes, verò turbati sunt, aut humore quodam suffuso sepi, si quid in eorum aspectum occurrat grande, hoc tenuiter cernunt; minus verò non sentiunt, sic anima, si ardore ex cupiditate mundi collecta, si iudicio refrinxerit, etiam valde parua errata pro grauisimo ducens; lacrymas multas, cum multa gratiarum actione, continenter Deo offert. Iusti enim, inquit, confitebantur nomini tuo. Contra verò, si perseveraret in cupiditate mundi, cum quid est ad eam pertinens, aut aliud quid magno dignum supplicio, sentit illa quidem statim, alia verò errata, ne significari quidem sibi vult, immò sepe numerò in virtutibus ea ducit, & pro eorum defensione, non pudet miseram; sermone vti vehementer.

Respondeo secundò, paucos esse, qui non inueniant peccata, dum conscientiam examinant: quia, ut ait B. Laur. Iustin. Pauci sunt perfecti, qui tamen toto conatu attendunt profectui in virtutibus, beneficio diuinæ gratiæ, sicut raro peccant, ita etiam raro inueniunt peccata, in Examine. Nam, ut enumerem omnia peccata quae solent committi post Vespertinum Examine sequentis diei, hæc ferè solent esse: Negligentia in Examine præterito Vespertino: indecora depositio vestium ante ingressum ad lectum: indecorus cubatio in lecto: somnus protractus ultra necessitatem naturæ; & ultra præscriptas à regulâ horas: pigritia in surgendo: indecorus ob indecentem denudationem egressus de lecto, indecorus, ne dicam inhonestus, vestium indutio: negligentia in lecto cooperiendi, vel componendo iuxta regulam: neglecta, iteratio præparationis punctorum pridie reuisorum, pro meditatione matutinâ: effusio mentis ad cogitationes impertinentes ante meditationem, ve-

luto accersitas, vel ex negligentia voluntaria permittas: tardè inchoata ex negligentia meditationis: negligentia in custodia sensuum tempore meditationis: negligentia in distractionibus mentis inuoluntariis repellendis: voluntariæ distractiones in meditatione: situs corporis indecorus tempore meditationis: actiones, etsi per se non malæ, tamen horæ meditationis inconuenientes (vti sunt pulicum intra vestes venati & mactatio, manuum vel faciei ablutio, vestium purgatio) quamuis eæ contingant sine euagatione mentis, à materia meditationis, vti contingere potest, in iis, quibus concessum est donum excellens orationis, præsertim, vti vocant, affectiue. Item decurtatio temporis meditationis orta ex fœcordiâ: Item prolongatio temporis meditationis, contra prohibitionem Superiorum facta: ommissio reflexionis post peractam meditationem, tunc quando omitti non debet, idque ex negligentia vel pigritia: Item similes defectus commissi in auditione Sacri: & ommissio Sacri sine iusta causa: colloctio etiam breuis de rebus non necessariis, dum auditur Sacrum: fuga Sacri per semihoram duraturi, orta ex nausea voluntaria morum spiritualium, vel ex simili negligentia, aut auersione, à personâ Sacrum iuxta præscriptum regulæ quartæ Sacerdotum celebrantis per semihoram: negligentia in recitando Officio Beatissimæ Virginis, vel Breviario: Item violatio silentij per colloctioem non necessariam, & à Superioribus sæpe vetatâ solitam, ideoque cum inobedientiâ coniunctam, siue id fiat post Sacrum, siue in cubiculo cum socio, siue eundo ad scholas, vel redeundo: Item negligentia in parandâ Lectione si Magister sis, vel in relegendâ & ruminandâ, si discipulus. Item otiosa temporis transactio post lectionem sufficienter reuisam & ruminatam, vel post finitam aliam occupationem, aut à Regulâ aut à Superiore, aut à proprij status personali officio imperatam. Item cogitationes & tentationes externæ, aut internæ, ex negligentia sensus alicuius custodiâ ortæ, vel etsi sine culpâ nostrâ immittæ, tamen negligenter reiectæ. Item motus vehementiores passionum naturalium quam par sit (etiam si versentur circa objecta bona) negligenter repressi, & turbationes inde ortæ, non statim vti poterant sopitæ, sed permittæ durare, ob ommissam earum ex negligentia compressionem. Item negligens custodia sensuum eundo ad Scholas, vel in Scholis, vel redeundo, & exeundo ad Ciuitatem in plateis, & adibus sæcularium, ac redeundo. Item si Magister sis, excessus in castigandis nimium flagris vel verbis Discipulorum defectibus: Et omittâ sine rationabili causâ, defectuum à discipulis commissorum, præsertim in templo, proportionata correctio, & debita. Item conuersatio cum Discipulis elegantulis, vel nobilioribus ac melius

vestitis, non ex necessitate, aut utilitate, sed ex mero inordinato affectu, erga formam corporis, & erga similia motiua humana, spiritui noxia, orta. Item neglectus Discipulorum ope tuâ in studiis indigentium, ob eorum vel deformitatem, vel paupertatem, ortus. Longior cum secularibus, quam sit permixta à regulis & Superioribus, etiam de necessariis rebus, vel utilibus, collocutio: Item et si non longior quam permixtum sit, tamen instituta tempore & loco vetito; vel quamuis vetita non sit, talis tamen sit, quæ alicui meritò in generare possit suspicionem malam, seu potius malam ædificationem, quod nõ alio in loco & tempore (quamuis possent) talia colloquia instituantur. Item disputatio vehementior & immodestior; præsertim coniuncta vel cum voce nimium clamorosa, vel cum verbis alium pungentibus, seu iridentibus, vel cum gestu irreligioso & indecoro. Hæc ferè sunt, quæ ordinariè ante Examen Matutinum contingere solent, peccata in iis, qui tractant studia, pro quibus solis hoc Opusculum scribo. In vespertino verò examine, præter multa ex supra numeratis peccatis occurrunt alia, committi solita in prandio & cenâ, in materiâ gulæ; in recreatione, detractiones, contentiones, sermones clamorosi, cachinni, irrisiones aliorum, verba otiosa, mendacia, de rebus secularibus scitu non necessariis vana vel curiosa colloquia, negligentia in recitandâ coronâ vel Breuiario. Quocirca dum omni studio conaris peccata supradicta subterfugere (vti faciunt etiam Nouitij feruentiores) si ea, examinando conscientiam tuam, non inueneris, non est quòd tristeris. Nam qui feruenter & fideliter seruit Deo, difficulter aliquod voluntarium peccatum veniale inuenit, nec id excitat is est, sed gratia Dei, statumque Religiosi beneficium, & diligentia, quâ quis sibi inuigilat, ne peccet, sed vt minima quæque curet. Hanc ob causam in Confessionibus S. Xaverij, per totam hyemem, nullum peccatum veniale inuenit Confessarius eius; & per sex Menses B. Aloysius ne semel quidem peccauit, & P. Bernardinus Realinus per quindecim vltimos vitæ suæ annos, nullum commisit voluntarium peccatum, vti constat ex iuratis testimoniis eorum Confessariis, quorum testimonia in Processibus, pro eorum Canonizatione factis Auctoritate Apostolicâ, continentur. Et ita meritò Statui Religioso hoc privilegium attribuit S. Basilii: *Illud, inquit, vita genus (loquitur de Monachis) quod nullis extrinsecis distrahentibus curis diuexatur, propterea peccatis minimè obnoxium est.*

f de abd.
rerum.

91.

Dices secundo. At superest sepe tempus, quid de in agendum nescio? Respondeo, si tibi tempus superest, reliquum quadrantis hæc in res expède:

Primò, vide an aliquam eo die grauem commotionem, aut à passione, aut à tentatione quam sis passus. Nam quemadmodum defectus minuendi sunt, ita etiam moderandæ & refræ-

nandæ passiones, ne valdè perturbent mentem, & ne sint frequentes, etiam illæ, quæ non perturbant valdè. Obseruauit hoc tanquam necessarium ad profectum in virtutibus etiam Plutarchus, in aureo Opusculo de Indiciis Profectus: Cum, inquit, omnium affectuum vacuitas, res sit magna ac diuina, nos autem profectum remissione quadam ac mansuetudine affectuum definiamus, necesse est, & inter se, & cum aliis comparare motus animi, & ita discrimen examinare. Nimirum, an hodie, vt loquitur, Plutarchus, mansuetiores, quam heri in nobis senserimus motus passionum.

Secundò, renoua propositum abstinendi à peccato, à quo tibi in Confessione proximâ cauendum statuisti. Talia enim proposita in singulis confessionibus hebdomadariis renouata, incredibiliter conferunt, ad acquirendam magnam animi puritatem, & diminutionem lapsuum in quotidiana peccata. Hinc meritò scripsit Thomas de Kempis: Si omni anno vnum vitium extriparem, citò viri perfecti efficeremur.

Tertio, vide, quæ omiseris bona, occasione datâ, bona, inquam, supererogationis: nam omisio bonorum, quæ tenebaris facere, spectat ad Examen peccatorum, & ad tertium punctum eius.

Quarto, num quid ex consuetudine pergeris boni, nec Deo actualiter obtuleris, præsertim res & actiones indifferentes, quæ ob meritum offerende sunt, ad finem supernaturalem.

Quinto, num aliquam rem malam materialiter commiseris, id est, talem quæ, si deliberatio seu aduertentia rationis adfuisset, peccatum fuisset, quales sunt motus primi, verba cholericæ, & manuum agitatio inconsiderata, & his similia.

Sexto, an eo tempore sis melior, quam fueris præterito.

Septimo, An elegeris id, quod est perfectius, in omnibus. Denique, vt monet S. Bonau. Discute te ipsum, & considera statum mentis & corporis, quid desit, quid proficiat, quid impediatur profectum, & quomodo illi obuietur, declinando, vel resistendo, aut regendo, aut tolerando. Et, vt monet S. Ioann. Clim. De vitiis & perturbationibus, omnibusque virtutibus, nos ipsos sollicitè inquirere non desinamus, vbi inam simus, in vitiis in medio, vel in fine. Et ibid. col. 16. Cuiusque virtutis ac vitij signum quantitas tibi denota, atque ita poteris nosse profectum tuum. Ad extremum notanda est doctrina à Deo Patre tradita S. Cathar. Senensis: Anima que consistit in odio sancto sui, quotidie se corrigit & arguit omni tempore: non solum eos qui sunt contra rationem, imò frequenter illos etiam motus corrigit, qui procedunt à me. Hoc innuere voluit ille deuotus seruus meus beatus Gregorius, cum ait: Bonarum mentium est, ibi culpam agnoscere vbi culpa non est. Hæc tam multa documenta circa modum Examinis, ne te terreant, nec videantur esse plura quam quarta pars horæ, pro iis absolueudis sufficiat. Nã si breuiter singula & feruenter expedientur à te, experiete, abundè sufficere pro iis horæ quadrantem. Et adhuc habebis pluculum

tem-

temporis, pro continuandis actibus doloris, de peccatis commissis, & bonis omissis. Sed, si oscitantur Examini attendere, & mente dissipata, huc atque illuc vagabere, ne vnum quidem punctum ex quinque punctis Examinis bene perficias. Et hic in Sexto puncto possunt ij, qui in decade globulorum notant victorias, facere reflexionem ad illas, an plures obtinuerint victorias, quam ante præteritum Examen. Quas postea annotando, poterunt conferre numerum præsentem cum præterito, sed Examinis particulari occupato circa extirpationem vitij alicuius nil addant à S. Patre pro illo non præscriptum.

Dices tertio, Cur nunc præscribis hos septem modos inquirendi, in statum conscientia, quos S. Ignatius non præscripsit, in quotidiano generali Examine, & vetas ne in Examine particulari annotentur victoriæ, eò, quod id S. Pater non præscripserit?

Respondeo, hæc omnia in quinto puncto, tradito à S. Ignatio, contineri tanquam partes integrantes in suo corpore. In quinto enim puncto S. Pater iubet proponere emendationem. Emendatio autem necessariò & essentialiter requirit hæc omnia, quæ in his septem punctis continentur, & tota illis comprehenditur, & sine illis, non potest verè dici homo se emendare, vt per se notum est. Emendatio enim pro termino à quo, vt ait S. Thomas, habet diminutionem peccatorum, & refrænationem inordinatorum affectuum, ex vehementia passionum oriri solitorum, & expulsionem imperfectionum, etiam inculpabilium, vt sunt actiones materialiter malæ, & factæ sine intentione & sine spirituali pro termino verò ad quem, emendatio nostri, habet perfectionem operum nostrorum, & frequentiam eorum, & profectum indies maiorem in eis, per quem homo semper fit melior, & operatur perfectius, & non omittit occasiones exercendorum bonorum operum. In utroque autem hoc termino intrinsecè continentur hæc septem puncta, ideoque in verbo emendationis proponenda, à S. Ignatio comprehenduntur, non sic annotatio victoriarum. Quæ totaliter diuersa est à punctis Examinis particularis, non indigentis aliorum addimentis.

Denique hic notandum est: Si quis viueret ita purè (sicut aliquos seruos Dei, ex eorum vitis, scimus vixisse) vt rarò peccaret, & vix aliquod peccatum intra aliquot menses committeret, tali suaderem duo: primùm, vt in agendis Deo gratis (præter còmunès omnibus) personalibus diu se occuparet: deinde, vt magnos actus eliceret contritionis vel doloris de peccatis antea actis, suis, & aliorum, ac si esset in præfenti statu magnus peccator. Inter beneficia verò personalia, minima quæque tanquam maximi momenti beneficia, reuocet in memoriam, & pro iis gratias tenerrimas Domino Deo agat. Spectatà enim nostrà vilitate, & integritate

& supremi Numinis infinità excellentià & dignitate, nulla sunt Dei beneficia minima, sed omnia maxima; ideoque merentur gratiarum actionem valdè feruentem & sinceram. Post actas hoc modo Deo gratias, reliqua puncta celerius absoluat. Quam ad rem plurimùm conducit, habere ante se clepsydram, horæ quartam partem indicantem, vt ad eius decursum sciat se accommodare. Quod autem dico de clepsydra pro examine, idem dico de clepsydra vnus horæ tempore meditationis, ad quam illa mensuranda est, potius quam ad pulsum sonorum horologij. Ita enim non decurtabit de momento tempore meditationis (vt præmonuit S. P. Ignatius) quod solet decurtari, dum pulsus horologij attenditur, in quo decurtari sæpè solent horæ.

CAPVT SEPTIMUM.

Agit de SS. Eucharistiâ piè sumenda.

Quariè, plurimùm conducit ad augendum Spiritum, & conseruandum tempore studiorum studiù peculiare cum bonâ preparatione, accedendi ad Sacram Communionem, & vnâ horam circiter post communionem expendendi in rebus merè spiritualibus, iuxta directionem P. Spiritualis. Porro quoad preparationem attinet bene monuit B. Laurentius Iust. *Videat quilibet, ne consuetudine aut cordis elatione, ad perceptionem ducatur tanti mysterij, sed deuotione, præuâ meditatione. Nam alia Sacerdotum, alia ceterorum debet esse consideratio, & mentis dispositio. Excellentior quippe gradus, perfectiorem requirit preparationem. A cunctis tamen requiritur, puritas castitatis, affectus deuotionis, memoria Dominice Passionis, amaritudo contritionis, & promptitudo atque desiderium bona operationis. Iuxta mensuram charitativè, effectus percipitur huius Sacramenti, quandoque sensibiliter, quandoque insensibiliter. Vir namque bonus, nunquam caret spirituali profectu. Nam est deuotio plurimùm huic congruat Sacramento, tamen prius vita commendabilis habenda est, deinde deuotio. Nam vita sine deuotione multum confert, absque vitâ deuotio nihil. Hoc autem definiendum est, quòd nec laudabilis vita, sine deuotione esse valet, neque vera deuotio sine re-ctâ vitâ subsistit. Vtramque verò Christi milites semper habere studeant; Nam ita cautè viuant, vt deuotionis gratiam mereantur adipisci, & sic in deuotionibus occupent se, vt in nullo (si possibile sit) virtutem prætermittant. Deuotionis namque testimonium, est commendabilis vita, & laudabilis conuersationis adiutorium, est interna & spiritualis deuotio, qua potissimum percipitur in hoc Sacramento. Prima ergo præparatio ad SS. Eucharistiæ bonam susceptionem, sit vita antea laudabilis. Secunda, vt idem de casto connubio monet, cap. 24. Vt omnis culpa macula prius aboleatur, quam ad altare pergatur. Tertia præparatio, sint, iudicio huius Sancti, piæ præuæ aliq̃ue considerationes, quæ in nobis excitent tū*

Hh 3 humi-

humilitatem, ex consideratione Maieſtatis tanta, à nobis ſuſcipienda, tum deſiderium ardens tantum bonum recipiendi, tum amorem ignitum erga tantam dignationem. Supremi caelorum & terræ Regis ad nos venientis, & ſe totum nobis per modum cibi ſtimè tradentis.

De diſc. mon. c. 19.

Quis non excitetur inquit loco citato B. Iuſtinianus, ad mentis deuotionem cum diligenter conſideret, tam ineffabilem Diuine dignationis charitatem ſic inclinari ad ſe, vt nequaquam horreat hominis viliffimam ſubſtantiam, deformatam naturam, & damnabilem culpam &c. Sed nemo ſeruum Dei ab hoc ſe ſubtrahat Sacramento quamuis actualis deſit deuotio.

cap. 110.

Non debet repellì ab eo indeuotus iuſte viuens, virtuoſe conuerſans, humiliter ſe agnoſcens, pure conſiſtens, & reuerenter accedens. Et quidem inter alios bonæ præparationis modos, præclari ſunt & illi, quos diuinitus edoctæ tradiderunt nobis magnæ Sanctæ. Inprimis S. Catharina Senenſis, quæ in ſuis Dialogis cum Deo Patre habitis ſic ait: Si plurimi portarent candelas ad accendendum, & vna ponderis eſſet vniuſcuius, alia duarum, ſine ſex, vel vnus libræ, & quamuis omnibus accenſis in quolibet parua & magna, totum lumen accipias, videlicet calorem, colorem, & ipſum lumen, iudicabis tamen quod minus de lumine recipiat ille, qui candulam paruam accendit, quam ille, qui maiorem: Ita contingit in hoc Venerabili Sacramento, de his, qui recipiunt illud, & eorum candelas afferunt, videlicet ſanctum deſiderium, cum quo recipiunt ipſum Venerabile Sacramentum.

cap. 110.

Atque tantum accipitis ex iſto lumine quantum de materia ſincere dilectionis, & amoris, & igniti deſiderij portatis, quamuis totum in veritate recipiat. Tantum ergo percipitis ex iſto lumine, videlicet de gratiâ, quam in iſto Venerabili Sacramento recipitis quantum vos cum ſancto deſiderio diſponitis ad recipiendum. S.

1.4. cap. 6. Inſin. diu. piet.

Gertrudis verò Virgo Ordinis S. Benedicti cum petiſſet à Chriſto Domino, Quam dignitate obuiabo tibi, cum tam largiſſus dignaris venire ad me? Reſpondit Dominus: Nihil aliud requiro à te, quam quod euacuata venias ad recipiendum. Quia omne quod mihi placuerit in te, hoc per donum meum totum accipies. Hinc intellexit, quod euacuatio illa, ſit humilitas, quæ ſe reputaret omnino nihil habere de merito, nec etiam aliquid poſſe, niſi ex gratuito bono Dei. Et vt omne quod facere poteſt, pro nihilo eſtimaret. Corporalia enim omnia noſtra bona, etſi ſint Dei dona, collata cum infinitâ Maieſtate Diuinâ & perfectionibus eius, ſunt quoddam nihilum

Ia. 40. 17.

morale, ſicut eandem ob cauſam teſte Iſaia: Omnes gentes quaſi non ſunt, ſic ſunt coram eo, & quaſi nihilum (phyſicum) & inane, reputata ſunt ei. Peccato autem amoto, eo quiſque ſit dignior, quo indigniorem ſe putat, vt ait B. Laurentius Iuſtinianus de caſto cõnub. cap. 24. col. 6. Et B. M. Magdalenâ de Pazzi, apud Puccinum, in capti vidit Ordines Religioſos ſignificatos, per multas ſemitas ornatas arboribus & viribus. Et in eis vidit aliquos Religioſos paſci vni & eos eſſe, qui cum magno ſeruore & gultu ſumunt Euchariftiam, & magnum inde fructum perci-

4. par. vi. ta. c. 13.

piunt. Alios vidit euellere viſtes & earum loco plantare ſpicas, & hos eſſe, qui communicant caſu, cum exiguo, vno nullo gultu, & nullum fructum capiunt, quia Ieſus tranſiit per illos, & non ſubiſtit in eis, ideo tales non proficiunt in religione alius, quam ſpicas peccatorum. De B. Catharina Geppenſi in eius vitâ ſcribitur: Exoptabat, inquit, vt ſibi cum ingenti gultu & deuotione, res alias Miſſas, quæ in Natali Domini ex morâ Eccleſiæ celebrantur, dicere liceret, ideoq; non erant in hoc mundo, quarum conditioni inuideret, niſi Sacerdotum, eod quod hoc Sacramentum corde poſſent accipere, ac manibus tractare ſicut vellent: quod ſupra altare in manibus Sacerdotum conſpiciens, intra ſe dicebat: Ah! cito, cito tranſmittle in intimum cordis mei, quoniam cibus ipſius eſt. Vix poterat tolerare, vt extra cor vel leuiſſimo ſpatio conſiſteret, ſermè tabeſcebat, donec recepiſſet: vnumquemque putabat talem gultum inde, & leuamen percipere, cuius modi ipſa.

Sed & B. M. Magdalenæ de Pazzi Deus Pater hunc præparationis ad ſacram Communionem modum præſcribit, vt ſcribit eius Confeſſarius Puccinus, in illius vitâ: Primò, inquit, ſicut natura tua in mente meâ non habet principium, ita ad me accedas ſine principio, ſcilicet, non attribuendo operibus, quæ facis, præparando te ad Communionem, aliquod principium ex te, quia ex te nihil boni facis, nec facere potes, nec quidquam boni habes, & conuenientia ad me recipiendum. Et ita te humiliabis, & aſpirabis ad maiorem perfectionem, & petes, vt ego ſciam dignam præparationem in te ad Communionem.

Secundò, ſicut natura in me eſt æterna, ita venire debet cum æternitate ad me, & quia in æternitate non eſt tempus præteritum, nec futurum, nec corruptio vlla, debet accedere, nil præſens vel futurum reſpiciendo, ſed nec ſolum, ne quidem dulcedinem ſpectando, niſi in quantum venit à me, & mee voluntati conformis eſt, & ſurgendo omnem corruptionem peccati mortalis, & aſſectum ad Creaturas corruptibiles, quas ei dediſt ad inſtructionem, vſum, & recreationem, in quibus ſiſtere non debebis, nec ſinem in eis ponere.

Tertiò accedere ad hoc Sacramentum cum puritate, quæ eſt poſſibilia veſtre fragilitati: puritas enim eſt imago eſſe mei, quam puritatem acquiretis, offerendo ſanguinem meum. Aded autem eſſe debet pura anima accedens ad hoc Sacramentum, cum intellectu prono, memoriâ purâ, voluntate purâ, intentione purâ, affectu puro, vt etiam aſpiretis ad puritatem Angelorum & omnium Creaturarum, accedendo tantum ad honorandum me, & ob gloriam meam, & ob nullum alium reſpectum, ne quidem ob ſentendam dulcedinem, &c.

Porro de tempore longiuſculo poſt ſacram Communionem cum Chriſto Domino traducendo, adferam tria Monita præclata: Primum eſt S. Tereliæ, quæ vt ſcribit in eius vitâ P. Franciſcus Ribera, monebat ſuas Moniales, vt quamdiu calor naturalis ſpecies Eucharistiæ non conſumpſit, cum Domino tractarent, non occupando ſe circa alia, idque ſe perſuadere cogitabatur: Si, inquit, dum eſſet in mundo, ſolo contactu eius veſtes ſanabant infirmos, & que

94. 1.4. c. 11. via perſ. cap. 34. que

Matt. 14.
vlt.

que aded vt scriptum reliquerit S. Mattheus: Rogabant eum in terra Genezareth, vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quicumque tetigerunt salui facti sunt, non esse dubitandum, eundem Dominum facturum miracula, dum intra nos est, si vnam fidem habebimus & daturum quod petimus, dum erit domi nostra: Non enim solet hac Dei Maiestas male soluere pro hospitio, si bene recipiatur, nec ita venit abscondite, quin se aliquantulum deregat ei, qui scit illum excipere, quia multos habet modos se ostendendi anima. Sed si subito post Communionem illum relinquimus, non habemus causam, cur queramus, si paruum videamus anima nostra in virtutibus progressum.

Deinde cum fuse commendasset longiusculam cum Christo, in Eucharistia suscepto, commorationem, & improbasset eorum morem, qui Christi Corpus intra se habentes, nondum per naturalem calorem consumptis speciebus, Christi imaginem aspiciunt (notate reflexionem & metaphysicam Sanctæ) Christo ipso intra se quasi relicto; tandem caput illud concludit dicens, eos qui cito ad negotia se proripiunt, ita facere, ac si Christo domum nostram ingresso, domo ipsi exirent, eumq; inde expellerent, & prigerent, ne Christus domum occupet illorum & incolat. Improbabat hæc Sancta, & merito, in morem illorum, qui retinentes post Communionem immediatè sacrosanctum Domini Iesu intra se Corpus, nondum consumptis speciebus; illam semihoram, non in colloquio cum Christo expendunt, varios suos affectus eliciendo, sed ac si Christus Dominus cum sua Humanitate sacratissimè à nobis procul abesset, tempus illud in meditatione seu consideratione aliquarum rerum piarum infumunt. Sicut enim presente Rege domum tuam ingresso, inde eorum esset eum non alloqui, eius colloquium non expectare in silentio, sed occupare se pium aliquid legendo, vel aspiciendo, vel meditando; ita magis inde eorum est, eodem modo coram Rege cælorum intra te existente eum non alloqui. Et hoc indicat B. Laurentius Iustinianus, dum monet: *Cum mentis oratio* (scilicet colloquium mentale cum Deo, quod per actus adorationis, gratiarum actionis, humilitatis, contritionis, oblationis, petitionis, laudationis, resignationis, & similes ad ipsum Deum relatos tanquam presentem) *præsto est, superflua ac noxia meditatio agnoscitur: cum verò abest perutilis & necessaria esse censetur. Meditatio siquidem* (Communioni, & Sacro præmittenda) *orationem* (colloquium cum Deo per pios affectus) *excitat, oratio autem Deo presentat. & Verbum* (ac si esset præsens) *possidere facit: Presente verò Deo & Verbum possidente animâ,* (multo magis si corpore per Eucharistiam illud possideat incarnatum) *gratissimum laudis* (non considerationis rerum aliarum, et si piarum) *exhibetur Sacrificium. Iuge quippe laudis holocaustum, & perfecta actio gratiarum, ex certissima Verbi agitur presentia. His similia dicit idem B. Laurentius Iustinianus l. de*

obedienciâ c. 14. differens de suscepta SS. Eucharistia fructibus in communionem, & modum eam percipiendi tradens: *Non calum, inquit, tunc cogitatione ascendit, non caelestia meditatur, dum delectabili tui potitur presentia, tuâ allocutione liquefit, tuo amore stringitur, tuo reficitur corpore, & tuâ caritate flammescit. Qui ergo Christo Domino in SS. Eucharistia recepto diu suam exercet mortem piis erga eum affectibus, paulò post commemorandis, non tantum habet in se Deum, sed etiam illum possidet. Longè* (inquit idem eodem in loco B. Laurentius Iustinianus) *inter se distant, habere, & possidere. Deum in se habent iusti, soli autem perfecte possident. Ex merâ gratia, habetur* (scilicet ex gratiâ iustificante, seu gratiam faciente, vt appellatur à Theologis) *possidetur verò ex gratiâ, & diuinâ interiori Exercitatione.*

Quod si queras, qui orationis actus & affectus Christo Domino recepto & retento in speciebus Eucharisticis eliciendi sunt: *Respondeo, illis similes eliciendos esse, quibus à famulis excipitur Rex vel Imperator, intrans domum illius: sunt autem hi, Adoratio, Humiliatio, dolor de offensis, Gratiarum actio pro beneficiis, Oblatio seu donatio, Petitio, & si quid adhuc superest temporis, eius laudatio. Præcedit, inquit B. Iustinianus loco citato, veram laudem cordis, medullaris oratio. Qui actus ita dilatandi sunt, vt in alio Opusculo explicatum est, in quo traditur modus communicandi, & Sacrificium Missæ offerendi. Qui quidem omnes actus, & ex amore erga Christum Dominum receptum proficisci debent, & amore continuo erga illum presentem veluti condiendi, eo modo, quo famulus tenerimè amans suum Dominum vel Regem, eliceret actus similes erga receptum in domum suam Regem.*

Sic & altera Societatis nostræ Filia, ex illo sancto Monasterio Florentino, in quo P. Lainez tempore S. Ignatii quotidianam communionem Monialibus introduxit, ad hæc tempora continuatam, B. M. Magdalena de Pazzis (vti scribit Puccinus in eius vitâ) dicebat suis Nouitiabus, quarum erat Magistra: *Si desideratis breui peruenire ad magnam perfectionem, accipite pro Magistro vestro Crucifixum, attentas præbete aures, eius verbis quia perpetuò vos alloquitur in corde, maxime in illâ horâ, quando recepistis SS. Sacramentum. Itaque à teneris annis dixit sibi valde fuisse vtile. Vnde cum aliqua non communicaret dum posset, agrè ferebat, dicens non esse efficacius medium ad acquirendam perfectionem, hoc SS. Sacramento. Et si hoc bono vti sciretis, in paucis diebus replemini caelesti amore. Memineritis Deum esse immensam charitatem, & ex amore se velle communicare animabus, beneficio huius amorosi cibi. Ideo magis opportunum tempus, ad crescendo in perfectione vitæ spiritualis, dicebat, illud esse, post Communionem. Quam ob causam volebat suas Nouitias aded cito post Communionem se conferre ad Exercitia communia: & post Communionem suadebat offerre*

offerre Domino omnia opera & exercitia spiritualia illius diei, in preparationem cibi Sacramenti die sequenti recipiendi. Illustrari hoc potest exemplo.

gr. 18. quod adfert S. Iohannes Climacus, disputans de utilitate quam affert oratio, & eam quam parit vnio cum Deo: Si corpus per tactum appropinquans corpori, immutatur actione, quomodo non immutabitur, qui Dei corpori manibus innocentibus propinquatur.

97. Credamus ergo his SS. Virginibus, & exequamur earum monita, nec prae-textu parandae lectionis vel concionis, aut addiscendae, vel similem aliam ob causam, iudicio Dei & Superiorum non probandam, citò nos subducamus à Domino Iesu, intra nos recepto, quin potius diutius moremur cum illo, vt ab eo in his ipsis magis iuueamur, ob quae deseritur à tepidis. Originum fontium & fluminum omnium mare est, inquit S. Bernardus, virtutum & scientiarum, Dominus Iesus Christus. Quis enim Dominus virtutum, nisi ipse est Rex gloriae? sed & iuxta Annae canticum idem ipse, Deus scientiarum Dominus est. Continentia carnis, cordis industria, voluntatis relictio, ex illo fonte manant. Non solum autem, sed & si quis callet ingenio, si quis nitet eloquio, si quis moribus placet, inde est. Inde scientia, inde sapientiae sermo. Theauri siquidem sapientiae & scientiae ibi omnes absconditi sunt. A Christo ergo recepto intra nos, quaeramus illa omnia, quibus indigemus, nec ab eo, propter illa alibi (à nostrâ scilicet industria & labore) quaerendo, citò discedamus. Quam ad rem facit quoddam monitum diuinitus communicatum P. Balthasari Aluarez, teste P. Ludouico de Ponte in eius vita. Magni, inquit, semper faciat, qui communicat, tempus, quo Diuina Maiestas cum ipso manserit, in quo potius attendat, vt diuinam praesentiam veneretur, supplexq; oret, impertiri sibi Diuinam eius benedictionem, sibiq; persuadeat, se dignum non esse, cui Deus faciem suam ostendat, quam vt prolixas rationationes ac meditationes instituat, & attendat, ne vel momentum amittat, tam felicitatis temporis, quo frui ac negotiari possit cum Diuina eius Maiestate, iuxta verbum illud Ecclesiastici: Non defrauderis à die bono, & particula boni doni te non praeterat: hoc dico propterea, quod multis communicantibus pruriant pedes, vt inde discedant, sub praetextu lectionis, quae est phrenesis intolerabilis. Nam prolixiores orationes, piaq; lectiones, quid aliud sunt, quam quidam clamores, quibus Dominum vocamus, vt ad nostram domum venire dignetur: quae igitur stultitia est, vt post tot horas, imò & annos quibus egimus pro tanto fauore obtinendo, quando nobis illum exhibet, non possimus nos continere, quin statim ex eadem nostrâ domo exeamus? quid nos possunt libri docere, quod non Diuina Maiestas praesens melius doceat quem saporem & oblectationem creaturae nobis adferre possunt, quam ipse non possit nobis plenius conferre, nosq; saturare? & quam sanctitatem ex eorum conuersatione haurire possimus, quâ maiorem non afferat nobis familiaritas cum ipso: quid boni lectio habet, nisi quidam affectum nostrum erga ipsum Dominum excitat: & quid spiritualia exercitia, nisi

quod illum ad nos inclinet? Ad hoc autem perpendi possum sequentes veritates, in quibus anima cum Deo suo loquitur: Infirmitas, Domine, qui tecum non exultatur, valde prope est vt cadat: anima quae tecum non exultat, vnde poterit exultare? qui tecum Domine non est contentus, quomodo non crepat: qui in domo tuâ non ostendit tibi promptam voluntatem, quomodo iterum tuum ad se aduentum expectabit? qui dum te hospitium habet, properat vt exeat ex domo, facile ostendit, se cor habere alibi obstrictum, cui tecum manere est radium, cum tu ipsius honoris ergo ad ipsum accesseris Deus eius, & totum bonum eius, cum quo is omnia negotia facile expedit, non habet amplius quod agat, aut quaerat, cumq; solus huius rei causa natus sit in mundo, facile ostendit se phrenesi laborare, si tecum non maneat libenter. Has & similes sententias, vir hic sanctus, proponebat cum ingenti sensu, ob tepiditatem eorum, qui Sacrum faciunt, aut communicant, nec tempus sibi sumunt, in quo fruuntur Domino, quem in domum receperunt.

Non est noua hæc querela, sed antiqua. Vt autem omitam antiquiores, solam S. Bernardi adferam. Quante, inquit, est infamia, vt post tanti Regis aduentum, alius quibuslibet negotiis homines velint, seu audeant occupari: & non magis omnis omnibus, soli eius cultui vacent, nec in eius praesentia, cuiusquam meminerint ceterorum. Sed hoc antiquior S. Iohannes Climacus appellat eos ingratos canes, qui à Domino ita iam abscedunt; postquam eis panem deuotionis dedit, eosque per sui frum sibi assidere per orationis studium hortatur. Si ingrati canes iudicio huius Sancti sunt, qui deuotione, instar panis perceptâ, Deum deserunt, transferendo se ad profana negotia, quanto maiore censura digni sunt, qui pane caelesti in Sacramento percepto, Diuinitate & Humanitate Christi intrinsecè imbuto, eum citò deserunt?

Quocirca mirum non est P. N. Generalem Mutium anno 1620. 19. Decemb. dedisse grauissimas literas ad omnes Societatis Prouinciales, quibus eis commendat extirpationem trium in Dei cultu defectuum. Primo, Si Litaniae propter ament dicantur, & respondentes praeruant ipsum Sacerdotem praecentem: vel si Sacerdos sequentem verbum prosequatur, antequam priorem ceteri absoluerint. Secundo, Si preces quae in benedictione mensae, & gratiarum actione dicuntur, cum tantâ celeritate ac confusione pronuncientur, vt neque intelligi possit quid dicatur, sicq; quis praecat aut respondeat. Tertiò, Si Sacerdotes vrgentibus sorte aliis negotiis (eadem autem est ratio de communicantibus) finito Missae Sacrificio, Diuinae Maiestati debitas gratias, aut non reddant, aut ita celeriter & persunctorie faciant, vt parum bono exemplo sint eis, qui illud obseruant. Ne quis autem parui momenti hæc P. N. Generalis Monita esse existimet, sic Epistolam suam claudit:

Ceterum, inquit, non erit spero quisquam, qui existimet hosce defectus, non ita magni momenti esse. Nam mihi cum y multum de honore, Deo debito subtrahant, adeo

fer. 13. in Cant.

c. 6. pag. 74.

Eccli. 14.

ad eò graues esse videntur, vt nisi scirem hominibus Religiosis, satis esse hos indicasse, pluribus vnumquemque ad eos auertendos adhortari contenderem.

CAPVT OCTAVVM.

Commendat frequens colloquium cum Patre Spirituali.

98. **Q**uando, summopere necessarium est studiorum tempore, ad conseruandum & augendum spiritum, frequenter alloqui Patrem Spiritualem, cuiusque monitis parere. Magnum solatium est huius vite, inquit S. Bernardus, vt habeas cui pectus tuum aperias. Nec tantum solatium est, sed etiam beneficium: quia hac ratione morbos tuos spirituales curabis, vel saltem eorum leuamen acquires, ex colloquio cum tuo Patre Spirituali, cum ei illos deteges. Omnia vitia, inquit Seneca, in aperto leuora sunt: morbi quoque tunc ad sanitatem inclinant, cum ex abdito erumpunt, ac vim suam proferunt. Et auaritia itaque, & ambitionem, & cetera mala mentis humane, tunc permiosissima scias esse, cum simulata sanitate subsidunt. Quocirca S. Iohannes Climacus, proponens scalam, per quam ad caelum, & ad perfectionis apicem peruenitur, in primo scale sue gradu, commendat recursum omnino necessarium, ad Patrem Spiritualem: Quicumque, inquit, ex Aegypto egredi, Pharaonemque cupimus effugere, prorsus Moysen aliquo, ad Deum, ac post Deum Mediatore nobis opus est, qui pro nobis medius inter actionem & contemplationem stans, manus extendat ad Deum, vt hoc Duce directi, traiciamus mare, atque Amalech vitiorum Principem fugemus. Seducti igitur sunt, qui sibi ipsis confidentes, nullo sibi duce opus esse arbitrati sunt. Et illi quidem qui ex Aegypto egressi sunt, Moysen, qui verò ex Sodomis fugerunt, Angelum Dei habuere ducem. Atque hi quidem, qui ex Aegypto profecti sunt, eos significat qui animarum suarum morbos per medicorum curam & diligentiam sanare cupiunt. Qui verò ex Sodomis fugere, illos designant, qui miseri immunditiam corporis exuere, vix omnibus desiderant. Quocirca Angelis etiam, videlicet equali (vt ita dixerim) adiutore hoc opus habent. Et gr. 4. col. 1. eum qui se non regit, sed Patris Spirituales regimini committit, ad ea quae honesta sunt & spiritualia ac Diuina Maiestatis oculis gratissima, ferè ante venturum, quam vel ceperit. Et alibi: Qui sine Patris auxilio contra spiritum nequam pugnare nititur, ab illo occiditur. Hunc S. Basilius recursum ad Patrem Spiritualem sic suadet: Si qui se alicui artium istarum illiberalium ac mechanicarum dederit, quae ad transmittendam vitam hanc vitales sunt, artifices suo quacunque ratione parendum putat, neque vllà in re praeceptis illius aduertatur, nec verò ab illo vel ad minimum tempus digreditur, sed assidue vsque in oculis Magistri est, cibumque, ac potum & reliquum victum omnem equo animo, vt ille praescripserit admittit, multò certè credibili-

lius est, qui se ad pietatis religionisque doctrinam percipiendam contraherunt, eos, qui semel sunt persuasi, huiusmodi posse se ab Antistite suo scientiam accipere, fore, vt omnibus illi in rebus libentissimè obsequantur, summeque ac diligentissimè obtemperent, neque ab eo, eorumque sibi imperentur, rationem reposcant, potiusque vt imperatum opus perficiant, extra tamen si quod erit huiusmodi quae ad salutem pertinent ignoretur. Quod enim huiusmodi est, id eà quae par est modesti ac reuerentià adhibitis, interrogare & doceri licebit. Idèò meritò, talium rerum cum Spiritualibus medicis silentium, Heliodorus Episcopus appellat morborum alimentum. Nam, vt ait S. Gregorius Papa, Si regit infirmus vulnera, quorsum illi à medico adhibetur disciplina? Nonne si celare vulnus ceperit, latius extensum, introrsum putrescit? Idèò, vt dicebat Abbas Poëmen in Vitis PP. laudatus, In nullo sic gaudet inimicus, quomodo in illo, qui non vult cogitationes suas manifestare. Sane S. Antonius Abbas, teste S. Athanasio in eius vità, dicebat; magnam esse ad virtutem viam, si singuli vel obseruarent quod gererent, vel vniuersas mentium cogitationes Fratibus referrent. Non enim posse aliquem peccare, cum relaturus esset ad alium quacunque peccasset & subiret pudorem, in publicum turpia proferendi &c. multò autem magis si peccata nostra, fideliter describentes, dingeramus in ordinem. Et quomodo peccantes confunduntur ad praesentiam ceterorum, ita & nos erubescemus ad litteras, si hac agamus. Si ergo sola manifestatio peccatorum coram aequalibus facta, iudicio S. Antonij, periculosissimi animarum Medici & Magistri, magna est ad virtutem via, multò maior erit & vtilior, dum res nostras omnes aperimus illi, qui nobis à Deo datus est, medicus animarum nostrarum. Hoc enim nomine Patrem Spiritualem appellant, Sancti Nazianzenus, Augustinus, Climacus, Bernardus, Bonauentura, Xauerius, & antiquissimi Doctores Clemens Alexandrinus, & Origenes. Cum talibus enim loquendo, vt expertus praclarè pauculis verbis expressit S. Bernardus in tractatu de Passione, Sape à nostris, Domino cooperante, dubietatibus expeditur. Et, vt idem ait serm. 2. Dominica in ramis palmarum, Ipsi sunt, qui viam parant Domino ad corda vestra, qui vos regunt, & dirigunt gressu vestros in viam pacis. Et infra, qui solliciti sunt circa peccata & tentationes aliorum. Deinde ad hoc quoque necessaria est Patris Spirituales allocutio, quia, vt scribit S. Chrysostomus, Plurimi cum eisdem morborum incommodis, non eisdem tamen indigent medicamentis, sed alia quidem istis, alia illis apponuntur. Horum autem cognitio à Spirituali Medico petenda est. Meritò ergo S. Iohannes Climacus ait: Beatus qui voluntatem suam ad finem vsque mortificauit, sui que, ipsius curam omnem atque diligentiam Spirituali Magistro permittit. Nam ad Crucifixi dexteram constituetur. Hac vita, inquit B. Laurentius Iustinianus, ignorantia, erroris, & laboris anxietate reserta est, proinde qui in illà peregrinantur, vt ad veram perueniant Ierusalem, quae est in calis, Ma-

1.4. Æthiopic. In Psal. 2. ponit.

Ruff. 1.3. num. 177. cap. 18.

Cl. gr. 1. & 4.

Naz. or. 1. & 26.

Aug. l. h. h. 10. h. 12.

Ber. l. de vità foliè.

Bon. de 6. alis. c. 1.

Naz. l. 2. ep. 4. Cl.

1. 7. Strom.

Or. h. 1. 12.

Pl. 37. c. 27. fin.

lib. 1. de prou. col. 13.

gr. 4. col. 10.

De cast. con. c. 2. col. 3.

10.

De cast. con. c. 2. col. 3.

10.

10.

ter vtrique Electorum omnium, adiutorio indigent lucis, ducis, & mercedis: Lucis, ne per ignorantiam cadat: Ducis, ne per vitiorum devia errent: Mercedis, ne laboribus lassati deficiant: Hoc exigit vitæ istius conditio. Ut enim scripsit Seneca, Inter cetera mortalitatis incommoda & hæc est, caligo mentium, nec tantum necessitas errandi, sed errorum amor. Ne ergo decipiamur, Doctore & Duce in hac plenâ labyrinthis viâ opus habemus. Nec putandum est, in moribus sufficere solam conuersationem cû Fratribus verè Spiritualibus, quia, vt expertus

l. 2. de ira. cap. 9.

l. de Obe. cap. 20.

lib. 3. vit. PP. n. 9.

benè obseruauit B. Laurentius Iustinianus, Facillimè labitur, & difficulter informatur Adolescentis animus, qui huc illuc, discurrrens, diuersa cum Fratribus profert eloquia, & varia percipit documenta virtutum: quippe cùm multisarij sint humani cordis affectus, naturæ hominum disformes, dispersæ, inuentiones, quamobrem ab vno tantum incipiens, est erudiendus Magistro. Et, vt dixit expertus ille Sanctus Senex apud Ruffinum, Nil ita aliud virtutem demonum, quomodo si quis secreta immundarum cogitationum reuelauerit Sanctis ac Beatissimis Patribus. Noui ego in Connictu Romano, quendam nobilissimum Adolescentem pridem mortuum, qui quoties ab impuro spiritu fædis impetebatur cogitationibus & motibus, quàm primùm suo eas Confessario aperiebat, statim omnis abcedebat tentatio. Cùm verò Confessarium alloqui non posset, eius lætuli simplici contactu, statim liberabatur à fædis moribus; noctu verò nomen proferendo Confessarij, hanc ipsam mentis & corporis puram tranquillitatem repente consequebatur: quod ipsemet postea mihi narrauit Anno 1606. ingressus nostram Societatem. In hoc autem colloquio spiritali hæc ei manifestanda sunt, ad propriam personam spectantia, vt remedium vel solatium capiatur.

Primo, Successus rerum spiritualium & conuersationis cum aliis. Quis fructus Meditationis, Examinis particularis, lectionis spiritualis, Communionis, & similibus, & colloquiorum ac recreationum cum aliis.

Secundo, Molestiæ queuis, scilicet scrupuli, vel tentationis molestæ vel frequentes, & difficultates internæ, vel externæ si quæ accidunt, vel sunt illatæ ab aliquo domestico, vel externo & in vitâ spiritali perturbant, aut retardant.

Tertio, Pœnitentiæ, seu carnis afflictiones secretæ, per cilicia, vel disciplinas, vel humi aut in nudis asseribus cubationes, & his similia: quæ nullo modo sine Superioris vel Patris Spiritualis scitu & consensu adhibenda sunt, quia, vt ait S. Bernardus, Hæc licentiõ fieri debent: quia quod sine licentiâ fit, vane gloriæ deputabitur, non mercedis. Sæpè etiam indiscreta carnis maceratio, non vitia carnis, ob quæ adhibenda est, sed ipsam carnem, vt benè monet S. Gregorius Papa, occidit: & sæpè dum in illo hostem insequimur, etiam ciuem, què diligimus, trucidamus: & sæpè, dum quasi conciuu parcinus, ad prælium, hostem nutritus. Ideò ne talia

f. 3. de S. Aqd.

l. 30. mor. cap. 14.

contingant Patris Spiritualis vel Superioris, benè à nobis informati, consensus debet accedere.

Quarto, Dubia quæ occurrunt ad resolutionem, & maiorem rerum spiritalium cognitionem acquirendam, spectantia. Quis est, inquit B. Laurentius Iustinianus, qui sæpè non dubitet, quid velit Deus, quid proficiat sibi, quibus sit spiritualibus honoribus muneribus Conditorum: ista nempe dubia nescientia, amantes assilgere consuevit, præcipuè cum diuersa Patrum venerabilium laudabilia exercitia se illorum mentibus offerunt, quibus Deo placuerunt, atque quale eorum acceptabilissimè summa redoleat Maiestatem, ignorant. Quid enim amor ardentior est, ed sollicitior existit, quomodo Deum amplius valeat honorare. Sunt quidem pleraque exercitia, quæ Diuine bonitati suauem spargunt sanctitatis odorem, sed offerentium animos perplexitate complent, dum illorum cogitationibus nunc ista, nunc illa importunè certatim, se ingerunt, quasi singula exposcerent debere præ ceteris eligi. Hoc autem Patet. Spiritualis debet discernere, & quid eligendum sit, indicare. Præterea ibidè subdit: Frequenter ipse diabolus transfiguratus se in Angelum lucis, vt decipiat sine prudentiâ gradientis. Affectiones quoque consueuerunt latenter paulatimque pollui, nisi purgatio mentis oculo intelligantur. Et eò diligentius perscrutanda sunt, quò clariùs videntur imaginem gerere caritatis. Et, vt alibi dixit, Sæpè virtus putatur vitium, & vitium virtus. Ad hæc autem dignoscenda, lumen à Patre Spiritali querendum est, quia, vt ait S. Bernardus, Sæpè vel negligentia, vel priuato amore nostri, erramus in nobis. Bona ergo custos est voluntatis obedientia: siue imperij illa sit, siue consilij, siue subiectionis, siue solius charitatis. Alioquin, vt supra citato capite dixit Beatus Iustinianus, Affectio ignota sic crescit, vt exterminatâ de corde columbâ, illic coruus nidificare incipiat.

Quinto, An mente præterito, factus sis melior, in re aliqua vel peior, & quâ in re, & quas ob causas. Quæ omnia pulchrè commemorat S. Bernardus, describens statum animæ religiose.

Quanta, inquit, in animâ virtutum acies habeantur: quanta in afflictionibus ordinatio: quanta in moribus disciplina, quanta in orationibus armatura, quantum in virtutibus robur, quantum in zelo terror, quanta denique ipsi cum hoste conflictuum assiduitas, numerositas triumphorum: Quam reflexionem, ad profectum necessariam, tanti fecit idem S. Bernardus, vt ipsi Eugenio Pape suaserit: Conferenda, inquit, posteriora prioribus profeceris in virtutibus, in sapientiâ, in intellectu, in suauitate morum, an ab his sortè (quod absit) defeceris. Patientior sis, an impatientior solito, tractandior, lenior: in insolentior, an humilior: affabilior, an austerior: exorabilior, an difficilior: pusillior animo, an magnanimior: serius magis, an plusculum dissolutus: timorator, an sortè fidentior, quam oportet. Cetera Præfectus rerum spiritalium, iuxta suas Regulas inquiret, & iuxta Instructiones ac Ordinationes Regulis superadditas,

f. de abd. rerum. col. 3.

99

1. p. c. 11.

1. p. 107.

1. de vit. fol. c. 24.

1. p. 117.

1. p. 116.

l. 19. in Cant. 1.

100

lib. 2. de Conf. c. 11.

101

ditas, à quo etiam petenda est licentia, tum orandi diutius, tum carnem penitentis mortificandi. Alias, ut ait S. Basilius, *Quicquid eo inscienter factis, id firmiter ac sacrilegium est. Tibique exitium, non autem utilitatem ullam apportat: eslo, id tuum bonum indices. Nam si bonum est, quid ita clam fit, ac non in aperto: Ut autem hæc colloquutio, cum Patre Spirituali semel saltem quolibet mense à veteranis, bis à iunioribus instituat, hæc excitare possunt, hæc in te negligentes, tanquam propria mortua ex instituto nostro petita.*

99. *Primo, Regula nona Præfati rerum Spiritualium, cui præscribitur, ut præter eos quos satis instructos Superior indicaverit, cum vnoquoque agere, ultra Mensem ne differat.*

100. *Secundo, Regula 41. Summarij, desumpta ex Constitutionibus Societatis, præscribit, ut Præfectorum rerum Spiritualium, vel Confessorio, vel Superiori, tota anima sit manifesta: ac provide tentationes omnes, defectus, penitentias, mortificationes, deuotiones ac virtutes: voluntate pura optando dirigi, & nolendo proprio sensu duci. Quod fieri non potest, sine frequenti recursum ad suos Directores.*

101. *Tertio, In Ordinationibus Præpositorum Generalium, auctoritate Septimæ Congregationis generalis contractis, cap. 18, num. 4. Ordinarum est, ut Præfectorum Spiritualium peculiarem curam iuniorum gerat: & ut quindecimo minimum quoque die illos alloquatur, audiat, instruat, formet, prout spiritualia necessitas postulauerit: & postentibus, eas possit penitentias iniungere, ceterasq; mortificationes, que vulgares sunt, quæque deuotionis gratiâ à Nostri in Refectorio suscipi consueuerunt, exceptis publicis reprehensionibus ac disciplinis, nisi secus Rectori visum fuerit.*

102. *Quarto, In Instructione 14. cap. 1. inter media propolita pro Spiritus renouatione procurandâ, & de disciplina religiosa augendâ, hoc quoque ponitur, ut Præfectorum Spiritualium crebrò Nostros alloquatur, interrogetq; modum, quem in orando teneant, doceat, instruat ac dirigat pro rei exigentiâ. Et c. 6. eiusdem Instructionis præscribitur Præfectorum Spiritualium, ut inflammet tepidiores ad usum penitentiarum secretarum, & seruentiores regat, ne nimium excedant.*

103. *Quinto, etiam si nullis Societatis Legibus ad hoc adigere mur, sufficere debet, ad hoc persuadendum, & factorum & Ethnicorum Scriptorum prudentium, hæc de te iudicium, si uadens, tanquam omnino necessarium, recursum ad petenda consilia, in rebus propriis, ab aliis. Ita docent multi Sancti & Philosophi, quos, ne auctum agam, commemorare nolo, quia videri possunt apud P. Nigronium, toto tractatu primo Alcerico, quem, uti omnia alia, diligentissimè conscripsit de necessitate & utilitate Magistrum Spirituales, uti & Rassignolius & Alphonfus Rodriguez, & Aluarez de Paz in tractatibus de eodem argumento.*

104. *Sextò, Hoc ipsum persuadent alia exempla Magnorum Sanctorum, etiam Ecclesiæ Doctorem, à me obseruata. Inprimis S. Dionysius*

Areopagita, tam mitâ rerum Theologicarum sapientiâ (quæ infusâ magis diuinitus, quam acquisita humanitus, videri potest) præditus, à S. Chrysostomo, uti scribit Anastasius Bibliothecarius, *vulneris calis* appellatus est; & tanquam incorruptæ fidei, & summæ auctoritatis Doctor, teste Liberato Diacono, sæpè citatus à Clemente Alexandrino, Magistro bono mali Discipuli Origenis; & quod maius est, à Concilio Sexto generali, Act. 4. & à Concilio Septimo, Act. 2. ab ipsis Pontificibus S. Gregorio, S. Martino Papâ & Martyre in Concilio Romano, S. Agathone, Hadriano, Nicolao; tamen vir tantus, scribens ad Timotheum (non Episcopum illum, Pauli Discipulum, sed ad simplicem Presbyterum, ipse Episcopus, ut putat Baronius, quæ etiam sæpè filium nominat, nominaturus aliquin Fratrem, si ad Episcopum scriberet) petit à Timotheo, ut librum de Diuinis nominibus à se scriptum emendet, eiusque censuræ illum subicit, ac se ab eo, tanquam à medico, nolentem ægrotare, curari postulat: *Si hæc, inquit, aut minus rectè aut minus planè diximus, & à veritate, seu in toto, seu in parte deuiamus, erit humanitatis tuæ corrigere non sponte ignorantem, scientiamq; tradere discere cupienti, & curare nolentem ægrotare, & alia quidem ex te ipso inuenta, alia verò ab aliis mutuata, cuncta autem à summo bono accepta, transfundere in nos.*

S. Basilius Magnus, notæ sanctitatis & scientiæ Doctor, & in Oriente omnium Religiosorum Magister, quo ad rerum Spiritualium doctrinam, cuius testimonio, S. Augustinus confirmat fidei doctrinam contra Pelagianos; tamen voluit doceri ab Eusebio Episcopo Samofatorum, longè inferioris doctrinæ & notæ viro, Scribens enim ad eum, post grauem morbum, quo se detentum, ait, ne, uti optabat, eum conueniret, sic ait: *Necessarium rerum gratiâ, desideravi te conuenire, & deque multis tecum communicare, & multa discere.*

Idem ad S. Athanasium recurrentes pro directione sui, sic scribit: *Accommodatissimum fore arbitrati sumus, si veluti ad omnium nostrum verticem, ad tuam integritatem refugiamus, teque Consultore, & rerum gerendarum Duce ac Principe utamur.*

Idem etiam à transmarinis Episcopis petebat directionem, sic enim ad eos scribit: *Debebant ad nos crebrius vestra destinari litteræ, quibus vel in proposito confirmaremur, vel si quâ in re offendimus, corrigemur. Non enim negamus, innumeris nos erroribus obnoxios esse, cum homines simus, & in carne viuamus. Ex quibus verbis manifestè apparet, eum directionem, non in rebus fidei, & doctrinæ (quia in his erat immunis ab omni errore) sed in moribus, & viuendi religiosa ratione, ab illis Episcopis trans mare sitis, expetiisse.*

Idem necessitatem huius recursum ad consilia & directionem aliorum, scribens ad Senatorem Tyanorum, sic declarat: *Si alij potentes atque magni,*

ep. ad Carol. Cal. Imp. in Breu. c. 10.

Gr. h. 34. Euan. Ag. in Sy. Rom. ep. ad Herac. & Tiber. Imp. ex. tit. in 6. Synodo. act. 4. & epist. ad Imp. C. 6. fan. IV. Ha. ep. 3. ad Car. Mag. c. 36. Nic. ep. ad Mich. Imp. Bar. A. 159. n. 14.

102. l. r. con. Iuli. Pelag. cap. 5. & l. 2. c. 10. & l. 3. c. 17. ep. 8.

ep. 52.

ep. 77.

ep. 68.

magni, suisq; viribus confisi. certe nos, qui nihil sumus, & parva auctoritatis, nunquam nos atollemus, vt in solitudine possimus rebus superesse. eam exacte sciamus, nos magis vniuersisq; Fratrum auxilio indigere, quam altera manu alterius. Et pergit hoc ipsum argumentum tractare fufius, ducto à membris humani corporis exemplo; in quo membra, necessarid sese debent iuuare.

Idem, hunc fuisse morem antiquorum Ecclesie Patrum ita testatur in alià Epistolà: Ipsi, inquit, Pastores tanta pradiu fuerunt mutua charitate, vt alius alio, in negotio Domini, pro Praeceptore ac Duce vsi sint.

Et tamen S. Basilius, tantus vir fuit, vt S. Leo Papa, cognomento Magnus, scribens ad Leonem Augustum, contra blasphemias Nestorij & Eutychetis, sua dicta confirmet S. Basilij testimonio, excerpto ex eius libris. S. verò Gregorius Nazianzenus, eum post mortem laudans, appellet, diuinam animam, tunc & ante venerandam, & qui fuerit omnibus lex virtutis, cui pro pulchritudine, virtus fuit; pro magnitudine Theologia; pro cursu, perpetua virtutis agitatio, continuus incrementorum gradibus ad Deum ferens; pro viribus denique doctrina semen & distributio.

Si ergo tantus Ecclesie Doctor, dirigi cupiebat ab aliis, videant quorum accendendi sint numero ij, qui directionem sui spiritus subterfugiant, & se per se citu sibi necessaria habere existimant.

S. Gregorius Nazianzenus à S. Basilio appellatus, vas electionis, & puteus profundus, & os Christi; quem S. Hieronymus, Praeceptorem suum appellat, & eo Magistro gloriari & exultare, & ab eo Scripturas explanante, se didicisse scribit; quem S. Augustinus, Episcopum Orientalem vocat; & alibi, primum inter Orientis Episcopos nominat, & cum citans fidei dogmata, eius auctoritate, contra haereticos stabilit.

Eundem citans S. Gregorius Papa, appellat reuerenda memoria; & S. Leo Papa, refutans haereses Nestorij & Eutychetis, sua dicta corroborat, sententià Sancti Gregorij Nazianzeni desumpta ex eius homilià de Epiphanià. Hic tamen tantus Ecclesie Doctor, sic ad Sanctum Basilius scribit: Tu verò os diuinum & sacrum caput, doce nos, quousque progrediendum nobis sit, in adscribendâ Spiritui diuinitate, & quibus vtendum vocibus; & quousque ista doctrina sit administranda, vt habeamus ista contra aduersarios. Et quidem tam importunus fuit recursus S. Gregorij Nazianzeni, ad S. Basilius, & tam frequens in rebus ad puerorum catechesin spectantibus, vt S. Basilius ei scribere coactus fuerit, ne id deinceps faceret his verbis: Quod verò in presentiarum admonendus es, obsecramus, quod etiam aliquoties fecimus, vt omnibus modis ipse veritatis patrocinio, & qui mentis tua diuinitus inditi sunt moribus, ad commendationem & constitutionem boni vtare, usque contentus, nihil à nobis amplius quaras, qui quoniam multò mi-

nore sumus, nominis opinione, veritatis sermone, nostrâ imbecillitate, magis ledimus, quam aliquid roboris veritati, nostro patrocinio, adiciamus.

Si ergo tantus Ecclesie Doctor, in rebus ad Catechismum spectantibus, & ad doctrinam Christianam, tudi populo necessariam, recurrit ad alterum Condiscipulum suum Basilius (cui quo Athenis omni scientiarum genere excultus fuit) quantò magis Iuniorum est, ad Seniores pro directione in rebus difficultioribus, quam sit Catechesis, recurrere? Facilius enim per recursum ad Superiores & Patres Spirituales follet Deus ea concedere, quibus quis eget, quam per recursum immediatum ad ipsum Deum, quia eius voluntas est, vt, sicut Fides, ita & aliarum rerum noticia nobis necessaria, petatur ex auditu, id est instructione ab aliis acceptâ. Praclarum, inter alia huius rei exemplum legitur in Vitis SS. Patrum, de quodam Sene, qui perseverari ieiunans septuaginta hebdomadas, semel in hebdomadâ reficiens, postulans à Domino, vt quendam locum Scriptura intelligeret, & non reuelauit ei Deus, dixit ergo in semetipso: Ecce tantum laborem sumpsi, & nil profeci: vadam ergo ad Fratrem meum, & requiram ab eo. Qui cum egressus clausisset ostium suum, vt abiret, missus est ad eum Angelus Domini, dicens: Septuaginta hebdomadae, quas ieiunasti, non te fecerunt proximum Deo, nunc verò, quando humiliatus es, vt ad Fratrem tuum pergeres, missus sum tibi indicare sermonem; aperiensq; ei de re, quam quaerebat, discessit ab eo. Veritissimum est enim, quod alter Angelus cuidam sancto seni expostulanti, cur se non docuisset, quod quidam Diaconus eum docuerat, respondit: Deus ita disposuit, vt homines hominibus corrigatur.

S. Ambrosius Archiepiscopus Mediolanensis, quem teste Paulino eius Clerico, & Baronio, non tantum vicini Italiae Episcopi tanquam oraculum quoddam & syncera doctrinae Magistram venerabantur, cum S. Augustino, S. Paulino, S. Basilio Magno, S. Hieronymo, sed etiam præter S. Basilius alij Orientis Episcopi, Paulinus Theophilo Episcopo Alexandrino & Anyfio Episcopo Thessalonicensi, Bonofio Episcopi haeretici causa delegata esset, re integrâ, antequam sententiam ferrent, explorandum & episcopi putarunt, quæ de eâ re esset Ambrosij sententia. Quin etiam & ipse Bonofus haereticus, eundem sanctum Episcopum in eadem causa consulere non erubuit. Quâ de re extat epistola eiusdem Ambrosij ad dictos Episcopos scripta, Immo mortuo S. Ambrosio, Catholici Episcopi, eius scriptis tanquam viuentis arbitrio, causas definire sunt soliti, vt constat ex Concilio Taurinensi c. 5, & ex S. Augustino, qui eum sæpè citat, Pelagius, suam post mortem S. Ambrosij, haeresim docens, conabatur testimonio S. Ambrosij eam confirmare, quam teste S. Augustino lib. de

or. 30. fi. ne.

103. Cat. Scrip. & Apol. 1. adue. Ruf. ep. 11. ad Fort. c. 5. l. 1. cont. Iul. Pel. c. 3. 4. 8. 10. lib. 2. con. eund. & l. 3. c. 17. l. 1. c. 19. de bon. perf. Ep. 3. p. par. in prolog. epist. ad Leò. Aug. ep. 32. fin. inter ep. Bas. epist. 2.

Rom. 10.

L. 5. 1. 16. num. 71. Rolvr. 2. 6. 2. 8. n. 71.

Prat. spu. cap. 199.

Bar. in vi. ca. eius.

Au. lib. 3. con. Pel. c. 25. & l. 6. c. 6.

c. 3. & ep. 1. 8. & 66. vit. cred. ad Hon.

& l. 1. re. tra. c. 4. & ep. 14. & l. 1. con.

Iul. Pel. cap. 3.

Bas. ep. 11. Hieron. in pion.

an. 1. Val. Imp. & cont. Lat. cifer. Am.

br. l. 10. epist. 79. l. 1. de ge. Chr. cap. 44. 45.

4. 6. 49. 50. de

de grat. Christi contra Pelagium & Cælestium cap. 43. ita laudavit Pelagius libro 3. pro libero arbitrio. *Beatus*, inquit, *Ambrosius Episcopus*, in cuius præcipuo libro *Romana elucet fides*, qui Scripturam inter Latinos suos quidam speciosus emittit, cuius silem & purissimum in scripturis sensum, ne inimicus quidem ausus est reprehendere. Hic ergo tantus vir, quem S. Augustinus appellat excellentem Dei dispensatorem, & scribit eum se venerari ut Patrem, à quo in Christo Iesu per Euangelium sit genitus, & eo Christi ministro lauacrum regenerationis accepit, sua scripta, iudicio & correctione Sabini Placentini Episcopi submittentibus enim ad eum scripsit: *Remissi mihi libellos, quos tuo iudicio probatores habebam. Ideo, nisi alios, non iudicij favore delectatus, sed promissa in te & petita à me veritate illectus. Malo enim tuo corrigatur iudicio, si quid mouet, priusquam foras prodcat, unde iam renocandi nulla facultas sit, quam laudari à te, quod ab aliis reprehendatur. Itaque arbitrium te eorum quæ postulas rogavi. Facile est tibi de nostris iudicare. Tuum est liquido decernere & scrutanter discutere quæ corrigas, ne tibi vitio vertant ea quæ nobis potuerunt obrepere. Nescio quo enim modo præter imprudentiam caliginem, quæ me circumfundit, vnumquemque fallunt sua scripta, & aurem prætereunt, atque, ut filij etiam deformes delectant, sic etiam scriptorem indecores sermones sui palpant. Plura alia subiungit, rogans, ut liberè emendet, quæ emendanda iudicauerit.*

Et in aliâ ad eundem epistolâ, Ego, inquit, benedictio annuero si quis legens mea scripta, dicat mihi quod videatur moueri. Primum, quia & in his quæ scio, falli possum. Multa autem prætereunt, multa quibusdam aliter sonant. Pulchrum est si fieri potest, cauere omnia. Deinde non debet molestè ferre, si cum de Apostolicis & ipsi Euangelicis Dominicisque verbis plerique multas quæstiones serant, etiam in meis scriptis, reperiant, de quo disputandum putent. Si ergo tantus Doctor se inferiori ita subiecit, quanta vesania esset, inferiorem nolle se subiacere sui Patris Spirituali iudicio?

S. Augustinus scribens ad Auxilium Episcopum, *Nequaquam*, inquit, *iuuenilem aetatem tuam, & honoris Ecclesiastici rudimenta contemno. En adsum, senex à iuvene Coepiscopo, & Episcopus tot annorum: à Collega necdum amiculo paratus sum discere.*

Item in alio loco, *Si posses me docere quod ignoro, libentissime te sufferem, non solum verbis increpantem, sed etiam verberibus castigantem.*

Et conc. 2. in Pf. 103. dubitans de quadam locutione, an sit in Scriptura eam tradidit inquirendam quibusdam adolescentulis: *Si inuenierint, inquit, & ad nos attulerint gratulabimur adolescentium studiis otiosorum occupati senes, ut ex eorum ministerio aliquid discamus. Ita vir doctissimus non erubescit ab adolescentibus discere, quæ melius quam illi sciebat.*

Quid ergo mirum eum recurrere ad quæ-

rendam à S. Hieronymo, circa quædam Instructionem, qui ad multo rudiores se recurrebat. *Plerique enim, inquit S. Bernardus, imò cunctis penè contingere Sapientibus solet, in rebus videlicet dubiis, plus alieno se, quam proprio credere iudicio: & qui aliorum facile ambigua quæque elucidant, in suis consueverunt scrupulosius hesitare.*

S. Bonifacius, primus Archiepiscopus Moguntinus, & Sedis Apostolicæ Legatus, dein Martyr & Apostolus Germaniæ, ab Echertho Archiepiscopo in Angliâ, & ab aliis Angliæ Episcopis hæc postulatis, inquit, *mibi Consultarius & Aduitor, in inquirendis & inuestigandis regulis Ecclesiasticis, iudiciorum Dei. Et infra: Admonitorium vel Precatorium Epistolam Ethebaldo Regi Marcionum, cum consilio & consensu Episcoporum, qui vna nobiscum sunt transmissi: quam præsentare Fraternalitatis tue obtutibus inservi si qua in eâ præuè postea sunt emendes, & quæ iusta sunt, sale sapientia tua condias, & auctoritate confirmes. Merito vir tantus suorum aliorum subiicit censuræ, quia, ut docet S. Chrysostomus, sæpè abiectus quisquam ac vilis inuenit, quod magnus ac sapiens vir præterit.*

S. Damasus, etsi esset in terris Christi Vicarius, & totius Ecclesiæ eius, ac omnium Doctorum & Episcoporum Ecclesiæ Doctor & Magister, petebat à S. Hieronymo per literas consilium, & explicationem locorum Scripturæ, ac ipsius textus Scripturæ recognitionem.

S. Fulgentius Episcopus, etsi tantæ esset doctrinæ, virtutis, & prudentiæ, ut in omni Concilio Bizaceno, de rebus maioribus ipse primus consuleretur, tamen in Monasterio proprio, de rebus omnibus Abbatem Felicem, simpliciter consulebat.

Sic B. Laurentius Iustinianus Protopatriarcha Venetiarum, qui quamuis scientiam diuinitus infusam haberet, ut c. 6. eius vite scribitur, & raram diuinarum rerum notitiam, vti eius libri editi abundè declarant, tamen cum à Madio de Madiis Legum Doctore rogatus, ut aliquid in Psalmos pœnitentiales scriberet, & is loco huius scriptiois, librum de contemptu mundi in eius gratiam scripsisset, eum mittens Madio, rogauit per literas, ut illud corrigere atque emendare dignaretur, & se velle correctioni eius humiliter subiacere promisit.

Hoc ipsum faciebat S. Franc. qui apparens semel Sanctæ Birgittæ, *Inuitauit te, inquit, in Camera meam, ut mecum comederes & biberes. Scito, quod Camera mea, est vera obedientia: quam ego semper tenui, ita quod nunquam sustinui esse sine Præceptore: habui enim mecum continuè Presbyterum, cui in omnibus præceptis humiliter obediui: tu igitur similiter facias, quia sic placet Deo. Imò non tantum Presbytero obediuit, sed, ut scribit in eius vita S. Bonaventura, non erubescit à minoribus parua querere, verè minor, qui magna didicerat à Magistro sumptum. Studio namque præcipuo solitus erat exquirere, qualis via, qualisque modo, Deo posset, secundum ipsius beneplacitum, perfectius deseruire. Hac summa*

eius Philosophia, hoc summum eius desiderium exti-
t, quoad vixit, & quæretet à sapientibus & simpli-
cibus, perfectis & imperfectis, parvulis & grandævis,
quælibet ad perfectionis cultum virtuosius pervenire
valeret.

108. Noster quoque S. Franciscus Xaverius, est
tantâ polleat cognitione rerum divinarum &
humânarum, tot à Deo donis & gratiis confir-
matâ, tamen summo affectu ex Indiis petebat à
S. Ignatio aliquem, sui & suorum in Spiritu, &
rebus aliis directorem: Nos, inquit in quadam
1.1. ep. 4. epistola, animorum nostrorum medico multum egere
video: per ego te Iesum Dominum oro, & obtestor, Pa-
ter optime, ut bis quoque filius tuus, qui in Indiâ versan-
tur, prospicias: virumq; mitas aliquem, virtute ac san-
ctitate præstantem, cuius veritas & alacritas, torporem
excitet meum. Quod in Hispanicâ linguâ, quâ il-
lam scripsit Epistolam, verbis magis significanti-
bus expressit.

109. De B. Catharinâ Genuesi scribitur in eius
cap. 44. vitâ: Quando aliquid in animâ eius subiecit, quod non
confestim liceret cum Confessario propter impedimen-
tum aliquid communicare, vehementer vrebatur; sed
postquam aperuerat eidem, tranquillabatur: affirmavit
etiam quod solummodo apud ipsum morari, magnum
sibi præstaret solatium: quandoquidem ex mutuo aspe-
ctu, absque colloquutione, sese intelligebant. Quod eò
mirabilius est, quia eadem Sancta, ut ibidem
scriptum est, ante annos 25, à nullo profus homi-
ne, sed à solo Deo instructa, & ducta mirabi-
li modo fuit. Deinde ab ipso Deo illi datus fuit
Sacerdos, qui eius animæ & corporis curam ha-
beret. Et infra, eodem capite hæc habetur: Qua-
dam die dixit eidem Confessario, qui se aliquando ab eâ
separauerat: Videor mihi videre Deum demandasse tibi
curam mei solius, itaque non debuisses intendere alteri
rei, quam mihi; & si ita nõ esset, Deus non sic disposuis-
set. Perseveravi 25. annis in vitâ spirituali sine adiu-
vamento cuiuslibet hominû, iam non valeo ultra perferre
tantos angores internos & externos, propter eâ Deus de-
stinavit mihi tuum subsidium; quo non possum carere.
Ideo quando à me recedo, sic opprimor & derelinquor,
ut si scires, potius apud me afflictus perstares, quam cu-
iuscunque recreationis causa abires.

110. S. Terefia perpetuò quærebat consilia pro
directione sui, ab omnibus, quos putabat, sibi
posse opem adferre, illisq; parebat, etiam tunc,
cum eius Directores Spiritus suaderent con-
traria, iis, quæ Deus certò illi revelauerat: dice-
batque: Pluris vnum se facere Superioris vel Confessa-
rij verbum, quam millenas revelationes; nec ob vllam
torius mundi arduitatem, quæ ab illis imangerentur, se
prætermisuram. Ex voto se obstrinxerat, ne vllam cul-
pam, quam committeret, Provinciali suo ocluderet, ut
in eius vitâ scribunt Noster P. Franciscus Ribe-
ra lib. 4. cap. 20. & Ioannes à Iesu Maria lib. 4.
cap. 15.

111. S. Philippus Neri, vltimis vitæ suæ an-
nis, quando maximè eius sanctitas admiran-
dis Dei fauoribus illustrata maturuerat, quam-

diu fuit Præpositus Generalis suæ Congrega-
tionis, vltus est Ordinatio Confessario Nostro
Patre Ioanne Baptista Perusco (à quo hoc au-
diui, primo post S. Philippi mortem anno)
sed postquam eo volente Cæsar Baronius ei
in officio successit, Baronio confiteri ceperit,
quia P. Peruscus nimis in remoto loco manebat,
ideoque sæpius eum adire agrè poterat
S. Philippus, tunc penè octogenarius. Nihilominus
tamen aliquoties in anno adibat P.
Peruscum, eiq; conscientie suæ intima aperiebat,
quamvis & sanctissimus esset, & tam
magnâ rerum spiritualium notitiâ imbutus, ut
à Summis Pontificibus Romanis, tanquam
ab oraculo quodam eius circa discretionem
Spirituum responsa peterentur, ut & à pri-
mariis S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, &
aliis.

Sed his mirabilius est exemplum veteris
Ecclesiæ Doctoris Moysis, qui cæcis fami-
liaris esset Deo, ut ei, quemadmodum ait
Scriptura, Dominus loqueretur facie ad faciem, si-
cut homo solet loqui ad amicum suum; Et, qui pa-
lam, & non per ænigmata, ut alij Propheta, nec per
figuras Dominum videbat; Et, qui etiam in hac vi-
ta quorundam SS. PP. iudicio, Dei essentiam
etiâ ad breue tempus, ita clarè vidit, ut nunc
totum populum suum docendum, tradendaf-
que ei leges ac cæremonias sibi immediatè à
Deo revelatas, tamen petiit ab Nobad Madia-
nita Ethnico, ut sibi & populo via per desertum
ductor esset, doceretque in quibus locis castra ponere
deberent: quamvis, Scripturâ teste, ipse Dominus
præcederet eos, ad ostendendam viam, per diem in co-
lumna nubis, & per noctem, in columna ignis: effe-
que eorum dux itineris vtroque tempore, usque ad-
eò, ut ad imperium Domini proficiscerentur, & ad
imperium illius fingerent tabernaculum: & quidem
ita, ut nunquam defuerit columna nubis per diem,
nec columna ignis per noctem: Et, cum ablata fuisset
nubes, qua tabernaculum protegebat, tunc proficif-
cebantur Filij Israel, & in loco ubi stetit nubes, ibi
castra metabantur. Quæ necessitas ergo fuit qua-
rere ductorem hominem, cum Deus ipse Du-
cem se præbuerit vitæ? Respondet S. Angu-
stinus, ponderans aliud exemplum Moysis, Chr.
qui consilium administrandi tam magni popu-
li petiit à focero suo alienigenâ homine:
Maximè, inquit, providus & minimè superbus, ac-
cepit. Nouerat enim ex quacunque animâ verum
consilium processisset, non eis, sed illi, qui est veritas,
incommutabili Deo tribuendum esse. Et quidem
S. Isidorus Hispanensis, hoc eisdè à Moyse factum
esse ait, ut formam humilitatis populorum
Principibus daret. Si ergo ipsi populorum Princi-
pes, hoc est, Superiores, & Magistri Spiritus in
benè ordinatis Religiosorum claustris, circa
res suas egent ipsi quoque alieno consilio ac di-
rectione, quantò magis in vitâ spirituali Tiro-
nes,

nes, rudes, noui & inexpertes, præsertim in iuuenili ætate, quæ, vt ait S. Gregorius Nyssenus, periculosa est perimque vel in omni negotio, neque facillè quispam aliquid earum rerum, quæ studio digne sunt, rectè ab eo factum comperit, à quo non est senectus in consilij societatem adhibita.

113. Mirabile est etiam exemplum in altero supremo Ecclesiæ Pastore & Doctore Petro Apostolo, qui, vt scribit S. Clemens Romanus, cum Româ discedendi propositum suis aperuisset Discipulis, & causam itineris exposuisset, ista subdidit: *Eriam Fratres, si quid vobis ad hæc videtur, dicite: ne forte non sit rectum quod mihi soli placet. Tanti omnes vna voce collaudantes eum, rogamus magis, aiebant, vt pro arbitrio tuo cuncta disponas; & quod tibi ipsi videtur, iubeas; hoc enim putamus esse opus integra pietatis, si quæ tu iusseris, impleamus.* Si ergo Apostolorum Princeps, Dei in terris supremus Vicarius, subditis suis & discipulis, ita sua subiicit, quid faciendum est iis, qui aliorum directioni & se sponte subiecerunt, & à Superioribus sunt subiecti?

Hoc ipsum grauiore occasione, nos docuit S. Petrus, dum ab Apostolo Paulo, se inferiore, non correctus tantum, admonitionem Pauli humiliter & patienter suscepit, sed etiam reprehensus est, tanquam simulator, & simulationis aliorum author, & viuens gentiliter, & non Iudicè, gentesq; cogens iudicare: Et cui in faciem resistit Paulus, asserens eum reprehensibilem esse, & non rectè ambulare, ad veritatem Euangelij. Quæ omnia ad institutionem nostram, Deus ipse in S. Scripturâ, disertè descripta extare perpetuò voluit. Quâ de re ita S. Cyprianus Martyr, Nec Petrus, inquit, quem Dominus proximum elegit, & super quem edificauit Ecclesiam suam, cum secum Paulus de circumcisione postmodum disceptaret, vindicauit sibi aliquid insolenter, aut arroganter assumpsit, vt diceret, se primatum tenere, & obtemperari à nouellis & posteris sibi potius oportere. Nec despexit Paulum, quod Ecclesia persecutor fuisse, sed consilium veritatis admisit, & rationi legitimæ quam Paulus vindicabat, consensit: Documentum nobis tribuens, vt non pertinaciter nostra amemus, sed quæ à Fratribus & Collegis nostris vultur & salubriter suggeruntur, si sint vera & legitima, ipsa potius nostra ducamus.

S. Paulus Apostolus, vt ponderat S. Ambrosius, noluit sine consilio Philemonis detinere apud se Onesimum: Sine consilio tuo nihil, inquit, volui facere. Quam, inquit, sedulus suorum, qui cum esset vas electionis Diuine, consortium consilij non dedignabatur alieni. Non commemoro recursum eiuſdem Apostoli ad alios Apostolos, ponderatum à S. Hieronymo, à Calliano, & S. Bernardo, vt cum illis conferret Euangelium, quod predicabat, et si illud immediatè ab ipso Deo didicerat, quemadmodum ipse testatur scribens ad Galatas: quod tamen, vt ibidem ait, à Deo iussus est conferre, ne forte in vacuum curreret,

aut ecurrisset. Nam, vt scribit Tertullianus, prædicatio Discipulorum suspecta fieri posset de gloria studio, si non assistat illi auctoritas Magistrorum. Ideo Paulus ascendit ad cognoscendos & consultandos Apostolos, id est, vt exponit Pamelius, ad consulendos; quia, vt ait S. Augustinus, Ecclesia illi non crederet, si non inuenisset in carne Apostolos, quibus communicando Euangelium, eiuſdem societatis esse appareret. Sed his omnibus longè mirabilius est, exemplum Dei ipsius, qui sua facta, statuta, & doctrinas, ab ipso immediatè profectas, subiecit quodammodò humanæ auctoritati spiritualium Medicorum. Extat huius rei argumentum, in ipsius Christi humilitate, qui cum sanasset leprosum dixit ei: *Vade, & ostende te Sacerdoti*, & cum iterum decem leproſos mundasset, dixit eis: *Ite & ostendite vos Sacerdotibus*. Præceperat enim Deus in lege veteri, vt pro iudicio de leprâ & mundatione à leprâ, ac sacrificio pro eâ, recurreretur ad Sacerdotem: ita quodammodò Christus etiam veritatem ac certitudinem miraculorum suorum, voluit subdi iudicio Sacerdotum: qui & statuta sua, immediatè à se data, non vult sine approbatione spiritualium Patrum & Superiorum recipi.

Cum enim S. Birgitta reuelasset, posse Moniali infirmæ, non valenti viaticum sumere, propter periculum vomitus, deferri in pixide SS. Eucharistiam & sine eius contactu, eam illi ostendi, subdidit: *Verumtamen hanc gratiam committo moderamini & potestati Prelatorum.* Nam nec Moyses & Prophetæ, sine iudicio & disensione Pontificum legebantur, nec verba mea procedere debent in lucem, sine auctoritate & approbatione Pontificum, quibus dedi potestatem ligandi & soluendi: quos qui spreuerit, me ipsum contemnit. Et cum Regulam pro certis Monasteriis proprio ore dictasset S. Birgitta, iussit eius confirmationem peti à Papâ, & hæc verba iubet dici Urbano Papæ: *Ego obtuli tibi Regulam religionis, nunc autem volo, vt non solum auctoritate tuâ confirmetur, sed & benedictione tuâ, qui Vicarius meus es in terris, roboretur.* Ego dictaui eam, & dotauit spirituali dote. Et cap. 20. Regulæ addit: *Istâ Regulâ per Papam confirmatâ, inquirantur aliqui deuoti Fratres, de Regulis Benedicti vel Bernardi, qui huius Regule inscribant, quomodo excessus examinandi sunt, in Monasterio, & mortui sepeliendi, & quomodo visitabit Episcopus, & pro quibus casibus ingredietur Monasterium: & omnia alia necessaria, quæ in his verbis non narrantur, ad huius Regule roborationem, assumantur de regulis supradictis.* Ex dictis colligitur, non iuuenes tantum, sed maturioris etiam ætatis viros, imò & senes & magnis Dei donis ornatos, debere ad Patrum suorum spiritualium consilia recurrere, si quidem ij, quos paulò antè commemorauimus, fuerunt & senes & doctissimi & sanctissimi. Imò ausim dicere, magis prodesse etiam sancto homini, humilem suarum

Gal. 2. 12.
T. 1. 4. con.
Mar. c. 2.

Gal. 2. 2.
114.
Aug. 1. 28.
c. 6. Fault.
cap. 4.

Matt. 8. 4.
Mar. 1.
44.

Luc. 3. 14.
Luc. 17.
14.
Leuit. 14.

115.
Reu. ex.
trau. c. 37.

1. 4. Reu.
cap. 17.

Cass. coll. 2. c. 11.

s. it. apud Rosv. p. 215.

Spiritualium miseriarum manifestationem, Patri suo Spirituali factam, vt liberetur ab eis, quam possit ipsa sanctitas eximia, & preces ac ieiunia suscepta, pro abigenda aliqua difficultate, vel spirituali molestia. Non commemoratum omnibus Serapionis exemplum, qui à vitio gulæ diuturno, & à dæmone illud in eo fouente non prius liberatus fuit, quam illud suo Patri Spirituali detexerit. Illustrius huius rei exemplum habemus in vitâ Sancto- rum Epicteti & Aftionis. Quamuis enim S. Aftion, filius spiritualis S. Epicteti (à quo & abtractus fuit à vita sæculari, & postea in rebus spiritualibus educatus & institutus) magnam esset vitæ sanctimoniam assecutus, & plurima miracula in nomine Domini operaretur, tamen cum inscio S. Epicteto, cum quo manebat, ad hauriendum ex flumine aquam perrexisset, turpis quedam cogitatio in viâ, eunte illo, mentem eius subito inuasit, & cum per triduum hic talis & tantus vir non potuisset de suo pectore eam extrudere, adhibitis etiam multis lachrymis ac precibus, non prius ab eâ liberatus est, quam eam suo Spirituali Patri detexit Epicteto. Post cuius & Aftionis preces, liberatus est Aftion, & vidit puerum quendam nigrum cum ignea sacula de sinu suo egredientem, ac talia dicentem sibi: *Confessio tua, Aftion, magnas meas contriuit hodie vires, & vna oratio vestra, me inermem in omnibus reddidit, ac desolatum: ideoque egressus hinc intrabo in cor Latroniani Ducis, & excitabo eum aduersus vos celeriter, & per varia suppliciorum genera vos expendet.* Et ita effect. Comprehenfi enim à Scytharum Duce Latroniano, post flagellationem acerbissimam, & equulei torturam, postea vngulis ferreis rasi, & lampadibus ardentibus adusti, & pluribus adhuc lacerationibus confricati, ac sale ac aceto aspersi & perfusi, & in cacabum deinde æneum, pice & adipe plenum, ac bullientem iniecti, & 30. dierum inedia frustra vexati, & diu multumque lapidibus contusi, cum occidi non possent, gladio plecti iussi, martirium consummarunt: post mortem verò, corpora eorum *præ nimietate splendoris, quasi solis radij visa,* multisque miraculis honorata fuerunt. Ex quo factum non tantum apparet utilitas manifestationis nostrarum miseriarum, Patribus Spiritualibus detectarum, sed quanto eam prosequatur dæmon odio, qui videns se, per manifestationem factæ cogitationis, ab Aftione expulsum, Latronianum contra eum, & contra eius Patrem Spiritualem S. Epictetum concitauit, ac nobilissimi martirij, id non intendens, occasio exitit Domino prouidente, vt diligentibus Deum, etiam ira dæmonis cooperetur in bonum.

Porro etsi quis aded esset hebes & nullius memoriæ, ita vt consilia Patris Spiritualis in mente retinere non posset, adhuc prodesset illi humilis ad suum directorem recur-

sus. Adfert pulchram hac de re doctrinam Ruffinus in Vitis Patrum: *Quidam*, inquit, *Frater dixit ad senem: Ecce Abba, frequenter interrogo seniores Patres, vt dicant mihi commotionem pro salute anime meæ, & quidquid dixerunt mihi, nihil retineo. Erant autem seni duo vasa vacua, & dixit ei senex: Vade & affer vnum ex illis vasis, & mitte aquam, & laua illud, & effunde, & pone nitidum ad locum suum. Fecit ergo ita Frater, semel, & bis; & dixit ei senex: Vtraque simul vasa affer. Et cum attulisset, dixit ei: Quale est vrisque mundius? Respondit Frater: Vbi aquam misi & laui. Tunc senex dixit ei: Sic est anima, fili, que frequenter audit verba Dei; quamuis nihil retineat ex his que interrogat, tamen plus mundatur, quam ea que non requirit.*

Merito ergo Basilius Imperator Leoni filio inter alia hoc monitum dedit: *Ptere cum medicis animorum assidue, vt ipse animo valeas. Ab eis enim discere poteris, quas res expetere, & à quibus abstinere debeas: quibus cum hominibus assuescere, à quorum consuetudine abhorretere, & quomodo vitam totam dispensare oporteat, vt ne in frequentes morbos incidas.*

CAPVT NONVM.

Repræsentat magnam necessitatem & utilitatem curæ minimarum rerum, tam in bono quam in malo.

SExtò summopere proderit ad conseruandum & augendum spiritum, cura minimorum exacta, tum in seruandis omnibus Regulis minimis, tum in fugiendis paruis ad speciem defectibus, tum in mortificandis paruis sensuum ac passionum propensionibus,

Nam si Deus, vt bene docet S. Thomas, post S. Augustinum, S. Chrysoptomum, S. Hieronymum, S. Basilium, S. Bernardum, S. Isidorum, & S. Gregorium, ac Magistrum sententiarum, ob vnum peccatum permittit aliud, in peccatum, subtrahendo gratiam efficacem, per quam impeditum fuisset sequens peccatum: Ita (cum sit liberalior in remunerando, quam in castigando seuerior) multo magis ob præcedentes actus virtutum supernaturales, etiam minutos, sed feruenti & heroico animo Deo oblatos, confert auxilia efficaciam gratiæ, per quæ ob Christi merita, fideles Dei serui, nullum, vt loquitur Sanctus Gregorius Nazianzenus, *præsentantes Desicationis modum per assiduum ad virtutes ascensum, illarum celsissima fastigia assecuti, fiunt, vt ait Sanctus Dionysius Areopagita, Deiformes.* Hanc enim ob causam, inquit Sanctus Augustinus, *Deus factus est homo, vt homo fieret Deus: per imitationem diuinarum virtutum quæ etiam in paruis acceptæ sunt Deo. Nam Christus tanquam peregrinus quidam (vti di-*

1.3.2178.
178.
hom. 2.
Ezech.
176.
1.1. q. 87.
2.2. q. 9.
88. a. 3.
Au. l. con.
Iul. c. 1. &
in Pl. 77.
& l. 44.
de rem. &
f. 88. & in
Plal. 66.
Chry. in a.
in Gen. &
h. 87. in
Marth.
Hier. ep.
140. ad
Ccl.
117.
Bas. or. de
iei. &
oper. &
reg. breui
44.
Ber. l. 19.
in Cant.
lib. 1. de
sum bono
c. 36. n. 3.
Greg. 12. p.
mor. c. 9.
& lib. 10.
mor. c. 14.
in 3. par.
Pall. Ad-
mon. 2.4.
Mag. in 1.
dist. 36.
Gieg. or.
1. in. l. el.
Dion. c. 1.
dii. nom.
Aug. l. 19.
de temp.
xix

8. Brig. 11. Rec. cap. 3. 118. hom. 2. in Eccl. 119. 120. Martyr. 121. Genet. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200.

xie Sancta Brigitta vnicuique nostrum dicit: Amice, induc me hilariter & voluntarie quia in modo dico ego concludor loco: da mihi de vestibus tuis, quia non est tam paruum vestimentum, in domo tua, quin ad calefaciendum me sufficiat; da mihi de cibo tuo, quia etiam mica me satiare potest; & stilla aqua, dabit mihi refrigerium & fortitudinem. deinde ibidem Deus Pater sic loquitur: Quicumque Christum colligere voluerit hilariter mente, satiare eum poterit etiam mica panis, si voluntas fuerit bona: Vestire eum sufficit sileo si charitas est ardens: Potare eum poterit stilla, si affectus fuerit rectus. Cum autem, vt Sanctus Gregorius Papa ait, ynaqueque virtus, quasi quibusdam gradibus agitur, & sic pro incrementis, meritum ad summa perducitur; ab imis inchoandus est hic spiritualis animae ascensus, hoc est, a parvis; & minutis actionibus virtutum: Sicut enim paulatim homo a minimis vitis in maxima prouit, ita a modicis virtutibus, gradatim, ad ea quae sunt excelsa, contendit, inquit sanctus Hieronymus: difficilis enim, acquisitus est virtus excelsa & matura, & sicut qui magna vult eleuare pondera, minoribus attolendis debet assuescere; ita faciendum est & in progressu virtutum. Bene namque scribit S. Valerianus Episcopus Cemelensis: Virtus magna in minoribus semper experimentum capit, sic radis miles, priusquam ad pugnam veniat, aduersus arborem truncatam robur exercet, & inducit manus vulnera, ludendo componit. Nunc pedes attollitur, nunc rapido equorum cursu, ventos imitatur. In tantum denique proficit indium, vt penes minor labore sit, viciisse hostem, quam exercuisse virtutem. In similibus ergo dilectissimi praeludendum nobis est, & aptandus est studii animus, ad sortiora venturus. Virtus enim quae a parvis prouititur, facilius in maximis exhibetur. Sic dum consuecimus minora vincere, maiora discamus tolerare. Imò ob minima recipimus a Deo dona maxima: Nam, vt ait S. Chrysostomus, Mos Dei est, dare magna pro paruis: Dominus noster, non quantum detur consuecit attendere, sed voluntatis largitatem; & ob hoc, parua etiam, magna facit. Eapropter, Vidua illa Euangelica, multis multa in gazophylacium mittentibus, duobus minutis omnes vituit, non quod immiserit plura aliis, sed liberaliorem voluntatem ostenderit.

Laborandum ergo nobis est in studio virtutum, & edanda opera, vt si magnis non possumus, ob incuriam & segnitiam nostram, saltem paruis & minutis pietatis, & aliis officiis Deum honoremus. Alioquin, vt grauitur ponderat S. Cyprianus, Quae nos excusatione purgabimus, qui diaboli seruis, et manera pretiosa & grauidia, & nimio ac longo labore quaesita, sumptuosissimi apparatus, comparantibus, minores sumus. Vtique adeo, vt Christo pro pretio Passionis & sanguinis, vicem nec in modicis rependamus: praesertim cum sua nobis Deus copiosa suppeditet auxilia. Nam, vt ait S. Chrysostomus, Quemadmodum parturiens cupit eniti fatum, ita & ille cupit effun-

dere misericordiam, quippe, vt Christus Dominus dixit B. Brigittae; paratior dare quam aliquis petere: & qui, vt ait S. Cyprianus, profluens largiter, nullis finibus premitur, nec coequentibus claustris intra certa metarum spatia frenatur, manat iugiter, exuberat affluenter: nostrum tantum sileat pectus, & pateat. Quantum illic fidei capacis asserimus, tantum gratis haurimus. Et vt sponte sol radiat, dies illuminat, fons rigat, imber irrorat, ita se spiritus caelestis infundit.

Vnde merito S. Dionysius Deum appellat, fontaneam Deitatem: quia sicut fons (quantum in se est) semper dona caelestia effundit in illos, qui eis aditum, suam maiestatem vel tepiditate, non praeccludunt. Et quod admirabilis est, in quodam raptu B. Mariae Magdalene de Pazzis diuinitus didicit: Deum creaturam suam recognoscere, tanquam benefactricem, dum recipit illa dona, quae illi donat, quamuis ipse beneficium conferat, & illa recipiat, quae ex se est mendica, & ab eo ditata. Aded complacet sibi Deus dum benefacit, vt pro beneficio in se collato aestimet, dum eius dona & beneficia recipiuntur a hominibus. Tantoperè desiderat se communicare nobis, vt dum quis vult esse particeps communicationis illius, id ipse reputer, ac se alter magnum, aliquid ipsi communicaret. Credamus ergo ingenia bona ex hoc diuinitatis fonte, manare in eos, qui minima curantes tanquam a facie colubti, etiam minimos subiungunt defectus, & in Exercitiis virtutum (quae tepidi tanquam minima aspernantur) illi ob Dei respectum, tanquam maxima quarunt & congregant, ac tanquam parua auri fragmenta, ex quibus ingens & pretiosa conflatur auri massa, & tanquam margaritas minutas, sed pretiosissimas colligunt, inique se ornant, vt se exhibeant gratum domicilium Dei. Sed non ited, inquit Sanctus Patrus, Margarita vilis est, quia exigua, sed ideo magis pretiosa, quia & in exiguo modo magnum pretium habet. Status autem religiosus, margarita est Euangelica, pro qua vniuersa dare debemus, inquit S. Bernardus, nec tantum status in se, sed ipsa virtutis functiones, sunt, iudicio S. Chrysostomi, margaritae. Magnificandae ergo sunt etiam minutae exercitationes virtutum, vt magnifunt pretiosae, etiam paruae, margaritae, quia verum est quod scripsit S. Basilus: Nihil est minutum, quod Dei causa fiat, sed grande & spirituale, & eiusmodi, quod celum nobis, & praemia caelestia conciliat. Et quidem caelestia, non tantum in vita altera, sed etiam in hac, quia hoc modo ad altissimos euehemur virtutum eximiarum gradus, & ad ipsum apicem consummatae perfectionis. Nam verè scripsit S. Teresia: in vita sua: Res minimas & minutas, tanti momenti esse, ad inchoandum in virtutibus profectum, & vt anima, pennis & alis carens, volare incipiat, vt nemo id credat, nisi qui in se expertus est. Alis autem proprie Titones in vita spirituali carent.

1. Rei. cap. 15. 123. 1.2. ep. 2. ad Donat. 124. c. 4. diu. nom. 3. par. vit. 5.5. nox. pag. 126. 127. 125. ep. 20. ad Amant. 126. hom. de Margarit. h. 14. in 1. Tim. 127. cap. 23. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200.



128. Hi enim, ut ait Theodoretus, *Pennis tunc primam producunt & terram transire & superuolare docentur*, sic & S. Dorotheus scriptum reliquit. *Recte agere & peccare à minimis ortum habent, & ad magna paulatim perducunt, vel bona, vel mala.* Minima ergo sunt quasi primi gradus, necessario attingendi, & transeundi ab iis, qui ductrice Dei manu, volunt ad altiores adduci, ad quos omnino perueniant. Nam, ut dixit Christus Dominus S. Birgita, *Qui onus meum vertere incipiunt, id est, volentarie & ex seruente desiderio, conantur ad faciendum illud modicum quod ipsi possunt, in ego dabo gratiam: qui autem leuant pondera mea, id est, pro amore meo, de die in diem proficiunt, cum eis laboro, & fortitudo eorum ero, & inflamabo eos ut amplius velint.* Et idem S. P. Ignatius, cum in Constitutionibus praescripisset materias, de quibus nostrum in concionando Tirone in domesticis concionibus vtiliter tractare debeant, de abnegatione sui, & profectu in virtutibus ac omnimoda perfectione, praesertim in vniõe ac caritate fraternã (quae etiam in Regulã 18. Summarij commendatur) in textu Constitutionum Hispanico (quo illas conscripsit) modum hæc tractandi, ait debere esse, à *Menudo*, hoc est minutatim, quod proprie significat minutissima quæque proponenda esse, quæ spectant ad omnimodam perfectionem & virtutem, ut scilicet, quemadmodum Sextã parte Constitutionum, & in regulã 15. Summarij, monemur; *Nihil perfectionis in absolutã omnium Constitutionum obseruatione, & nostri Instituti peculiari ratione adimplendã, praetermittamus.* Sed, ut in textu Hispanico loquitur Sanctus Pater, *No perder punto de perfeccione*, hoc est, ut ne quidem vnum punctum, ad perfectionem spectans, perdamus, seu omittamus.

Quã sanè formulã loquendi vtens, non potuit clariùs & efficacius commendare & praescribere nobis curam minimorum omnium possibilem in minutissimis quibusque rebus, & in ipsis punctis (quibus nihil minutius assignari potest) omnimodæ perfectionis, & Constitutionum ac nostri Instituti peculiari ratione adimplendã, ab omnibus nostris habendam, tanquam necessariam ad nostram perfectionem, & maius Dei obsequium & gloriam. Hanc ob causam, ut scribit Orlandinus, cum Pater Nicolaus Bobadilla tanquam Superintendens Collegij Neapolitani faceret negotium Rectori Collegij vrgenti exactam rerum minimarum curam, quamprimùm id rescituit S. P. Ignatius, iussit Rectorem Ouiedum, suo munere, totã libertate fungi, nec se interponere Bobadillam, ad vigilare, ad custodiam legum minutissimarum. Sentiebat enim S. P. Ignatius, in his viciandis plus plerumque latere periculi, quàm in maximis, propterea quod maximarum damnum, si violentur, apparet, facile, in promptu est, ut earum quæ in minimis habentur, exitum, nisi progrediente tempore, non sentitur. Eodem imbutus spiritu P. Iacobus Laynez secundus Societatis

nostræ Generalis (cui Societatem in Europã tantum debere dicebat S. P. Ignatius, quantum in Indiis debebat Francisco Xauerio) hic, inquam, tantus vis, cum iussus esset à Sancto Ignatio, Regulas Modestiae, Domesticis promulgare, & quidem omnibus Patribus, nullo excepto, iussu Sancti Patris conuocatis, pro Exhortationis themate, propositis illis verbis Sancti Iacobi Apostoli, *Eccc vnic, qui dicitis, hodie aut crastino, ibimus in illam Cuitatem, & faciemus ibi quidem animum, & meribimur, & lucrum faciemus: ut cunctis commendaret efficaciter obseruantiam illarum inuutarum regularum, hoc solum copiosè exposuit, quanto perè æstimet Deus res, quæ hominibus videntur valde parua: nimirum tales, quales in iis Regulis à Sancto Patre, post multas eorum Deo effusas lacrymas praescribuntur; de vsu & motu capitis, oculorum, manuum, pedum, totiusque corporis ne quid in eo minus concinnum & decorum appareat. Ut quemadmodum S. Ambrosius ait: *Ipsa corporis species simulacrum sit mentis, figura probitatis, & vt quis, incesso affectuq, venerabilis, non tam vestigium pedis tolleret, quam gradum virtutis attolleret.* Quare mirum non est, sanctum nostrum Patrem Balthasarem Aluarez, dum esset Nonitorum Magister, plures quàm ducentos actus immodestiae fugiendos, suis in scripto tradidisse, valde paruos & minutos, eos ut in ipso Probationis suæ initio, agnoscerent & vitarent. Sed mirum magis, quod in Regulis S. Pachomio ab Angelo traditis diuinitus, minutissima quæque praescribuntur. Et ipse Christus Dominus, minutos quosdam gestus indecoros in quadam Dominã Sanctæ Brigittæ fugiendos ostendit, & quandoque miris affectibus editis, minimorum curam commendauit. Meritò ergo Pater Balthasar Aluarez, curabat minima quæque, & id eod, uti legitimus in eius vitã, *continue se ipsum persequatur, sibiq, negabat quidquid natura appeteret, non solum in rebus maioribus, sed etiam in minutissimis: dicebat enim, substantiam mortificationis in eo consistere, ut in rebus omnibus, etiam minimis, adhibeatur, ut non solum rectus ac perfectus in ipso statu suo esset, sed etiam in eius minutis sponfam amulando, cuius manus & digiti vsque ad extremitatem pleni erant myrrha probatissima, & qui eo vsque peruenerit, dicere poterit: Consummatũ est: qui quid scilicet voluntati Dei repugnabat, venturumque ad extremum, quod ex parte nostrã peruenerit extremum, quod ex parte nostrã peruenerit potest, & ita euenit ipsi, qui continuã hæc sui mortificatione, abstulit omnia sui profectus impedimenta: vicit passiones, suas, & obtinuit magnam spiritus libertatem, sique ipsius & affectuum omnium tam exactum dominium, ut nemo illum turbam aut iratum viderit. Passiones enim quæ antea ipsum impediebant, postea non solum non nocebant, sed rationi ipsi obtemperabant in eis, quæ illa iubebat: quod aiebat esse grande miraculum Dei gratia, cuius virtutes, qui antea nos oppugnabant ac labebant, iam profusa**

hist. relig. cap. 4. ferm. 3.
129.
130. Reu. l. 1. cap. 15.
131.
132.
par. c. 1. §. 11.
c. 1. §. 1.
1. ra. n. 23.
24.

Diat. p. 7.
Iac. 4. 11.
134. l. 2. de vit.
135. c. 4. §. 4.
137. 4. par. cap. 4.
138. l. 1. c. 4.

Et adiuuant. E contra verò neglectus rerum paruarum in perniciem extremam homines adducit. Benè enim ait Abbas Theodorus apud Cassianum: Lapsus quisquam, nequaquam subitaneâ ruinâ corruisse credendus est, sed aut praua Institutionis deceptus exordio, aut propter longam mentis incuriam paulatim virtute animi decedente. Et per hoc sensim vitis increscentibus casu mirabilis concidisse. Ante contritionem enim præcedit ruina, & ante ruinam mala cogitatio. Quemadmodum enim domus nunquam subitaneo ad ruinam procumbit impulsu, nisi aut antiquo vitio fundamenti, aut longâ habitantium desidâ, stillididii primùm paruisimùm penetrantibus corrupta, sensim fuerint munimenta tectorum, quibus per vetustatem & negligentiam, in maiorem modum patet factis atque collapsis, riuatim, post hæc insuit pluuatarum, imbrumque, tempestas. In pigritiis enim humiliabitur contritio, & in segnitie manuum stillabit domus.

Quod anima spiritualiter euenire, idem Salomon alijs verbis ita designat. Stillididii, inquit, euiciunt hominem, in die hyemali de domo sua. Eleganter ergo mentis incuriam domati comparauit tectoque neglecto, per quod, primò quidem velut minutissima penetrant quadam, ad animam, stillididii passionum, quæ si velut parua ac leuia negliguntur, corrumpunt ligna virtutum, & post hæc, insuunt imbres largissimi, vitiorum, per quos in die hyemali, id est, in tempore tentationis, ingruente impugnatione diaboli, expellitur mens de habitatione virtutum, in quâ aliquando circumspectam diligentiam retinens, velut in domus propria possessione requieuerat.

Sic & Abbas Isaac, Reuera, inquit, non minus hæc quæ parua videntur, & minima, quæque ab his quæ nostra passionis sunt, cernimus indifferenter admitti, pro qualitate sua aggrauant mentem, quam illa maiora, quæ secundum statum, secularium sensus inebriare consueuerunt, non sinentes, depositâ fece terrenâ, ad Deum, in quo defixæ semper esse debet intentio. Monachum respirare, cui, ab illo summo Bono, vel parua separatio, mors præfens ac perniciosissimus interitus est credendus. Meritò ergo B. Maria Magdalena de Pazzis, Deo reuelante didicerat, inter quinque res petendas pro conferuando quouis Ordine, in primæuo suæ religionis statu, hæc quoque rem petendam perpetuò; Vt omnes Religiosi perfectè cognoscant, quanti momenti sit obseruare quamlibet minimam rem sanctæ Regule. Habenda ergo est maxima cura minimorum, tum in fugiendis malis, tum in frequentandis bonis. Porro præter has vtilitates, quæ ex curâ minimorum nascuntur, dum nos in rebus minimis abnegamus, & vincimus, est etiam alia, quam pulchrè iudicauit S. Eusebius apud Theodoretum: Cum enim magnus Acacius videret S. Eusebium catenâ collum adzonam alligasse, & incuruatum incidere, interrogauit, quamnam caperet vilitatem, quòd neque calum pate-retur aspicere, neque campum subiectum contemplari, neque ex angustiâ illâ semitâ vnus palmi, ad Oratorium ferens, egredi. Respondit Eusebius, se hæc moliri aduersus damonis machinationes. Nam ne, inquit, de

magnis bellum gerat, conans auferre temperantiam & iustitiam, & iram armans, & cupiditatem accendens, & ut fastu efferat, & superbiâ intumescam efficiens, & quacunque aduersus meam machinatur animam, conor hostem ad hæc parua traducere, in quibus etsi vice-rit, non magnum adfert detrimentum, sed si victus fuerit, euadit magis ridiculus, ut qui nec in paruis quidem posuit euadere superior. Quoniam ergo noui hoc bellum minus periculosum, non valdè enim feritur qui in his damni aliquid accipit (quod enim damnum est, vel videre campum, vel in cælum oculos attollere) ad hoc me genus pagna transuli. In hac enim me nec ferire potest, nec perimere. Non sunt enim hæc iacula letifera, ut quæ illius ferreis careant aculeis. Hæc se auduisse dixit magnus Acacius, eiusque se admiratum esse sapientiam, virtutemque bellicam, & experientiam. Quamobrem hoc quoque narrabat eis, qui talia discere cupiebant, ve admirabile, & dignum quod mandetur memoriæ: Quod & ego huc in vtilitatem nostram ex Theodoretoreto transferre volui, ut conentur valdè curare minima, tum fugiendo quosuis defectus minimos, tum minimas Regulas, Ordinationes, Consuetudines, ac quasuis leges, accuratissimè semper obseruando, tum in minutissimis quibusuis rebus, mortificando prauos animi motus, & propensiones sensuum, idque non proptio arbitrato, sed iuxta voluntatem & consilium suorum Superiorum. His enim viis peruenient ad suprema culmina virtutum, & vt ait

Theodoretus, in corpore mortali & patibili, incorpoream amulabuntur naturam, & per imitationem eius, quæ in cælo est, viuendi rationis summam Sanctorum amulati Philosophiam, omnem eorum virtutem expriment, & non are, & litteris, illorum insculpent memoriam, sed quasdam eorum animatas imagines & statuas se ipsos efficiunt. Quod nobis per merita Christi & intercessionem Sanctorum concedat Omnipotens & misericors Deus: qui, vt ait Apostolus, benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus, in Christo: sicut elegit nos in ipso, ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati, in conspectu eius, in charitate: Præsertim, cum, vt idem ibidem scripsit, Christus se ipsum tradiderit pro Ecclesiâ, vt illam sanctificaret, & cohiberet ipse sibi gloriosam; non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Quod sine dubio, gratia Christi Domini (quem S. Chryostomus, vt aliàs dixi, appellat, scaturientem beneficentiam) assequemur, si to. 4. in minimorum talem (qualis est supra commemorata) curam constanter, & perpetuò in quouis occasione, officio, & gradu, habebimus. Nâ & granum sinapis, inquit S. Paulinus, quod minimum videtur in semine, maximum tamen extat in oleo: resic minimorum cura, tanquam fecundissimum semen extrescit, non tamen in spicas altissimarum virtutum, sed in amplissimos quoque manipulos omnium aliorum cælestium donorum, & gratiarum, quibus perpetuum incrementum dat Deus. Proinde, vt monebat S.

139.
in proe-
mio hist.
Relig.

140.

Eph. 1. 34.

C. 5. 25. 26.

141.

in to. 4. in

Cum sub-

iect. ei

fuerint

omnia.

142.

ep. 20. ad

Amand.

143.

- l. 3. ep. 5. Franciscus Xaverius, *Nemo se ipse fallat, non potest quisquam in rebus magnis excellere, qui non prius excellat in parvis.* Et infra: *qui parvo oneri ferendo non sit, multo minus magnum est laturus.* Magis enim abhorrebit à magnis, si à parvis abhorret. Et iusto Dei iudicio, non cumulabitur magnis, qui parva non curat. Hinc Christus Dominus dixit S. Brigittæ: *Qui non bene vitur minimis, iustum est, ut maximis non gloriatur.* Et multo magis, si minima habeat pro rebus quæ negligi possunt tanquam leues. *Non leue dicendum est,* inquit S. Chrysostomus, *quod hominem contemnendo occidit, aut contemporem transgrediendo decipit, cum scriptum sit: qui modica spernit, paulatim decider. disponitur enim per lapsum in minora, ad lapsum in maiora. Si curare parva negligimus,* inquit S. Gregorius Papa, *insensibiliter seducti, audenter etiam maiora perpetramus.* Docet hoc frequens experientia, cum pernicio multorum. Quotquot enim Societatem deserunt, suâ id vel importunitate, vel vinendi licentiâ assecuti, vel in eâ iacturam solidæ virtutis & Dei gratiæ passi sunt, à neglectu rerum paruarum ad hanc infelicitatem delapsi sunt. Quocirca non parvi facienda sunt minima. Nam, ut bene monet S. Cyprianus, *minimum præceptum est, qui transire contendit, ubi alium perspexit cecidisse: & vehementer infransus est, cui non incurritur timor, alio pereunte.* Et, ut scribit S. Ildorus Hispalensis, *Non diu tutus esse poterit, qui periculo proximus fuerit.*

QVOD SI QVIS QVÆRAT PRIMO,

Quæ sint ista minima, quorum cura, tam magna in animam inducit bona?

144. **R**espondeo, curam minimorum circa tria genera versari. Primò circa fugienda. Secundò circa facienda, seu obseruanda. Tertio circa mortificanda: quæ tria habent alias veluti species & partes, in quas diuiduntur.

Primum Genus, fugiendorum duo sub se continet: scilicet peccata & imperfectiones, quas esse diuersas à peccatis, ostendam in Opusculo de gradibus puritatis. Qui ergo curant minima, non tantum peccata fugiunt clara (eo modo, quo in hac vitâ vitari possunt) sed etiam imperfectiones omnes, quæ etsi culpam annexam non habeant, à Sanctis tamen magnis improbatæ sunt, & nunc à viuis accuratè perfectioni intentis, improbantur: quarum plurtimas recensui in toto Opusculo de curâ minimorum.

Secundum Genus Minimorum circa obseruanda, seu facienda, res quinque continet: Primò Leges scriptas. Secundò non scriptas, sed viâ voce traditas à Superioribus. Tertio approbatas cõsuetudines. Quarto modum hæc omnia exequendi. Quinto Opera supererogationis: vti sunt, piæ quædam, vt vocant, deuotiones. Qui ergo curant minima, nunquam Regulam si-

lentij violant (etsi ex se ad peccatum veniale non obliget in aliquo Ordine, vti nec alia regulæ) nunquam lingua vulgari loquuntur extra tempora, quibus id veritum est: nihil iniqua sine licentiâ vel generali vel speciali, ne quidem filium vel chartulam donant, aut mutuo accipiunt, vel alteri dant; nunquam alienum cubiculum intrant, nec flosculum, nec vllam vnam decerpunt: omnes temporis partes sine vllotio, tantum in rebus suo statui vel occupationi assignatis, & eidem conuenientibus expendunt, nullam sui officij partem omittunt, aut differunt ad aliud tempus, quam sit præfixum. Portas omnes, quæ claudi iubentur semper post se bene & sine strepitu claudunt, & clausas relinquunt: omnes sacras ceremonias, & suæ religionis ritus, communiter seruari solitos, iuxta praxim meliorum, accuratissimè seruant: præscriptis temporibus, non aliis, nec alio modo quam mos communis ferat, faciunt, quæ facere debent: ad primum campanæ sonitum cessant ab iis à quibus tunc cessandum, & id facere incipiunt ad quod vocantur: eâ diligentia & seruitute ac affectu Fratribus ministrant ad mensam, & alias, ac ministrant Christo in carne apparenti: ita sine vllâ excusatione ac tergiversatione & repugnantia vel inuitariâ, promptè exequuntur imperata à minimo & infimo Superiore, quomodo exequerentur, si ipse Generalis vel Episcopus præfens, aliquid ab eis vel imperans vel rogans exigeret. Ita libenter & diligenter, rogati, suam impendunt operam, Fratrum minimo, à quo nihil commodi sperant, sicut solent maximo Superiore, aliquid optanti, vel petenti: ita exactè seruant omnia seruanda, dum iter faciunt, vel extra suum domicilium viuunt, ac dum essent domi, & in oculis Superiorum: eo affectu & modo, alios iuuant; dum se occasio offert, quo se ab aliis in similibus occasionibus adiutos vellent. Nil ad oculum hominum faciunt, sed ac si videret Deus, & eo modo, quo illud facerent si post finem operis, aut sine illo opere absoluto statim moriendum esset. Denique omnes regulas, quæ à tepidis pro parui momenti rebus habentur, & passim violantur, semper, in quavis occasione, accuratè seruant, & ac si in eis sita esset tota perfectio, magni faciunt, & nullis humanis respectibus, aut amoris proprii suggestionibus, ad earum vllam violandam induci se sinunt, etiam tunc, cum nullum præsentem vident, cuius vel metus vel respectus eos, in illarum obseruatione contineat.

Tertium Genus Minimorum continet mortificationem duplicem: sensuum nimirum, & internorum motuum ac affectuum, idque trifariam: Primò, dum iis aliqua mala obiecta sese offerunt. Secundò dum ad bona, modo inordinato, seu per nimiam auiditatem aut festinationem, vel nimis lentè feruntur. Tertio, extra hoc casus, dum etiam studio merendi, vel se vincendi

di aliquas naturæ, vel repugnantias, vel propen- siones, ad res aut indifferentes, aut etiam bonas, mortificant illis modis, quos Sancti & periti vitæ Spirituales Magistri tradere solent; & ego in Opusculo de curâ minimorum indicavi, & in alio, de Praxi continuæ mortificationis in omnibus, indicabo.

QVOD SI QVIS QVÆRAT SECVNDO,

Quid causæ sit, quòd Deus curam minimorum ita magnis & raris, vti dictum est, donis remuneretur?

NVlla enim videtur proportio rerum exiguarum ad eximia Dei dona: nec æquum videtur, vt Deus sit adeò profusus & liberalis, ob parvas, quas adfert cura minimorum, dispositiones.

Respondeo: quatuor ob causas Deum eximiis suis donis curam rerum minimarum remunerari.

Prima causa est, Dei voluntas nobis in Scripturâ declarata, vt per parabolam illam Euangelicam, in quâ legimus, vnum seruum, qui fuit fidelis in paruis, constitutum esse à Patrefamilias super multa. Et pro vna mna bene expensa, & quâ seruus lucratus erat decem mnas, constitutum esse super decem ciuitates. Sicut ergo dum quaeritur, cur aqua Baptismi, tam vile elementum, vt S. Augustinus ait, corpus tangit, & cor abluit? & similiter alia Sacramenta, per suam materiam & formam, tam miros effectus spirituales producunt? rectè respondemus: quia Deus sic voluit, sic instruit; & eius est pro ratione voluntas; ita fat esset nobis in Dei voluntatem id referre: sicut in illam rectè referimus, quod in presenti momentaneum, & leue, tribulationis nostræ, vt loquitur Apostolus, supra modum in sublimitate, æternam gloria pondus operatur in nobis. Estque hæc Dei voluntas, valdè rectè rationi congruens, & nostræ debilitati accommodata. Suauiter enim Deus disponit omnia. Ad suauem autem dispositionem spectat, vt à minimis & facilioribus, ad magna & difficilia fiat progressio.

Hinc, vt ait Aristoteles, in omni arte & scientiâ à facilioribus & rudioribus principiis, ad altiora & difficultiora progrediendum est. & vt scribit S. Ambrosius, si paruulum literis imbuas, à singulis literarum elementis, inchoandum est tibi, vt à singulis apicibus ad syllabas, à syllabis, eum per ordinem ad nomina, orationemq; deducas. Quomodo enim, inquit Germanus Abbas apud Cassianum, pronuntiare puerorum quisiã simplices poterit copulas syllabarum, nisi prius characteres elementorum diligenter agnouerit: vel quomodo legendi peritiã consequetur, qui breues & perangustas descriptiones nominum necdam est idoneus coniungere quâ ratione is qui peritiã Grammaticæ disciplina minus instructus est, vel Rhetoricam sa-

cundiam, vel Philosophicam scientiam consequetur: ita & in profectu virtutum, à minimarum rerum curâ, studiosos perfectionis, vult Deus ad maiora prouehere. Hinc senex quidam in vitis Par- trum, rogatus à fratribus, quomodo posset sustinere voces puerorum pecora pascentium, & non præciperet eis, ne ita turpiter vociferarentur, respondit: In veritate, Fratres, plurimos dies habuit cognatio mea, volens illis aliquid dicere: sed redargui memetipsum, reputans mecum, si parum hoc non porto, quomodo si maior mihi tentatio aduenerit, portabo? Et idè illi nihil dico, vt fiat mihi consuetudo portandi.

Secunda causa est, grata fidelitas, quam erga Deum serui eius ostendunt. Fidelis autem gratitudo in minimis, & gratitudine condita fidelitas, excitat Deum ad collationem maiorum beneficiorum. Nam, vt ait S. Basilius, qui grato animo in donis, quæ à Deo primùm accepit, studiosum se ipsum coëcuerit ad laudem Dei, is idoneus efficitur, cui alia dentur præterea: & quod qui talis non fuerit, ei etiam quod antea habebat adimitur: & iis, quæ alioqui ei parata fuerunt futura indignus iudicatur, & in super supplicio malè mulctatur. Cùm enim dona Dei, quæ confert hominibus, sint quidam eius thesauri, vt ait S. Gregorius: quando Deus videt seruos suos, curare minima, & fideliter custodire exiguam partem suorum thesaurorum sibi coëditorum, clarè agnoscit eos pluris facturos maiores thesauros, maiorum donorum, ideoque eos iis tradit, quandoque profusus omnes, tamquam valdè fidelibus. Nam, vt ait S. Bernardus, non est ex omnibus, quod ab animâ illâ existimet abscondendû, quam probauit fidelem. Sicut & Principes mundi huius, illis maximè omnes suos thesauros custodiendos tradunt, quos experiuntur esse in rebus minimis fidelissimos: prudenter enim sperant, illos in custodia thesaurorum pretiosissimorum fore fideles custodes, dum vident in nugis, vt ita dicam, & exigui momenti rebus dominorum suorum, esse fideles.

Et hanc causam indicat illa parabola Christi; Euge serue bone & fidelis, quia super pauca suisi fidelis super multa te constituam. Nam bene dicebat noster Pater Petrus Faber, notæ sanctitatis vir, & primus S. P. N. Ignatij Socius, Deum, cuius est totum quod optimum est, maiora sepe homini dona dif- ferre, vt dum comparandis minoribus inuigilat, quasi quibusdam gradibus ad maiora perueniat. Magna res est fidelitas in Dei obsequio, hinc Deus laudaturus Moysem coram Aaron, & sorore Moyis, eumque ostensurus fuisse aliis Prophetis & seruis suis maiorem, nullam aliam virtutem commemorat, nisi fidelitatem eius, quasi motiuum, ob quod eum ceteris prætulit; Non talis, inquit, seruus meus Moyses, qui in omni domo meâ fidelissimus est, quod etiam solum in laudibus Moy- sis ponit Apostolus: qui præterea commendans de meliori notâ, primos prædicatores, & sectatores

Ruff. l. 3. num. 91.

146.

147. h. 11. in Euan.

148. ser. 31. in Cant.

Mat. 25.

149. l. 2. vitæ

cap. 11.

150.

Nu. 12. 7. Heb. 3. 1. 2. Gal. 3. 9. Eph. 6. 21. Col. 1. 7. & c. 4. 9. 1. Cor. 4. 2.

145. Mat. 25.

146. in Iou.

147. 1. Cor. 4.

148. phisic.

149. de A. b. c. 4.

150. Coll. 10. 6. 7. al. 8.

tores Evangelij, maius illis Episthetu non tribuit, quoniam *Fidelis*, sic laudat Timoth. *Que verba*, inquit S. Chryf. Homilia prima ad populu, *omnem ipsius virtutem demonstrare sufficiunt*. Sic etiam fidelem appellat Tychicum, Epaphram, Onesimu, & suos Coapostolos, & Abrahamum, immo Christum ipsum Heb. 2. 17. Sic & S. Petr. quem vnum laudavit Syluanum, non aliam ei laudem attribuit, quam *fidelis*. Et Spiritus S. per S. Ioan. in Apocalypsi, Christi Domini & Verbi Dei nomen, ait fuisse, *fidelis*. Et S. Cyrillus Hierosolymitanus, ponderat, quod 1. Cor. 1. 9. Deus vocetur *fidelis* & credentes in eum, Deo, inquit, vocato *fidelis* nomine & tu hanc eandem accipis appellationem, *magnamque accipis dignitatem*. quod admodum enim Deus, *bonus, & iustus vocatur, & omnipotens opifex vniuersorum, sic & fidelis*. Cogita ergo in quam prouehentis dignitatem, cum diuina eris futurus particeps appellationis. Si ergo hic Sanctus alloquens eos qui se disponebant ad baptismum, & eo suscepto vocandierant *fideles*, idem eos magnam allecutores putat dignitatem; multo maior est in baptisatis fidelitas, quam parit Dei obsequium, a iustis fideliter Deo exhibitum: pro quod & Ecclesia in Litanis, Deiparae praeipuas laudes continentibus, hanc quoque inter primas ponit, *Virgo fidelis*. Magnum quiddam est, inquit ibid. S. Cyrill. *vir fidelis omnino, diuine dicitur, fidelis enim viri est vniuersus mundus diuitiarum, qui possit contemnere ipsas & conculcare*. Et S. Chryf. laudans Flavianum Episcopum Antiochenum, appellat *fidelem*. Tam eximia res est, esse Deo fidelem. Hinc S. Franciscus, teste S. Bonauentura in eius vita, dicebat fratribus saepe: *De diuini eo, quod peccator potest; nemo debet sibi iniquo blandiri applausu. Peccator ieiunare potest, orare, plangere, carnemque propriam macerare, hoc solum non potest, Domino scilicet suo esse fidelis*. Inter fidelitatis autem actus & effectus, est custodire & exequi minima quaeque iussa Dei, imo & ipsos eius natus; quod faciunt illi, qui minima curant: Vident enim, se maxime debere Deo fidelitatem, tum ratione dominij, tum ratione beneficiorum: ab eo susceptorum, vt ait S. Thomas. Non potest autem prudenter sperari fidelitas ab eo, in magnis rebus, qui in paruis se vinci patitur a demone; eique non valet resistere, & se irritendam praebet, & hanc Dei militiam cum hoste infernali perpetuo pugnantem confundit, quia, vt ait Cassianus, *A parente elidi, licet sit in delectatione dolor, & gemitus in amissione victoria, tamen quodammodo de aduersarij robore virtus nascitur consolatione. Sin vero inimicus exilis, & genus colluctationis infirmum, ultra delectationis dolorem, confusio turpior, & ignominia detrimento grauior inferitur*. Quod sit autem Fidelis officium, pulchre indicat S. Chryfostomus hom. 21. & 23. ad pop. Tertia causa, ob quam Deus curantibus minima infundit magna sua dona, est, feruor, qui illos facit minima curare: loquendo enim moraliter, impossibile est, vt quis curet omnia mi-

nima, nisi sit feruens Spiritu. Sunt enim multi respectus humani conculeandi, multa difficultia superanda: quae vt scribit Bernard. Iustinianus, in vita B. Laurentij Iulliniani, commemorata eius in paruis quibusdam rebus acri mortificatione videntur fortasse minus admirabilia his, qui nunquam experiuntur. Vos autem, nobiles Christi Athleta, qui quotidie facitis harum rerum periculum, scio factu difficultiora, quam dictu, iudicatis. Talibus enim in rebus perpetuo frequentandis, magno feruore opus est. Hinc S. Basilus describens feruentem spiritu, illum esse ait, qui cum ardenti studio, & inexplebili cupiditate, & assidua diligentia voluntatem Dei facit, in charitate Christi Iesu Domini nostri, conuenienter illi, quod scriptum est: in mandatis eius vult nimis. Talis omnino necessarius est feruor, ad omnia illa minima seruanda, quae supra commemorauimus. Nam, vt ait S. Chryfostomus, *Amor virtutis, violentus, atque, vt ita loquar, tyrannicus esse debet vt nulli cedat occasione, sed continenter inhaerent amanti animo, neque committat, vt vlla afflictio, aut vllus dolor superet animum*. Hic autem feruor, non tantum ad res magnas patrandas omnino necessarius est, sed etiam ad minimas. Ideo cum S. Basilus dixisset, *raros se nosse, qui delecto vita genere, Christi Euangelio conuenienter, minutissima quaeque, quae in eo descripta sunt, confilia, conseruarent, neque eorum quicquam neglectum transmitterent, vt videlicet lingua vterentur, continenti silentio obuincta; oculis etiam eam disciplinae moderationem adhiberent, quam requirit Euangelica perfectionis tenor; motum item praescriberent pedibus, denique & reliquis totius corporis membris eo modo vterentur, quem & eorum suscepta vita, propositum, & ipse initio Opificis nostri fabrica ratio requireret: qui in vestitu, pro decore, modestiam, in congregatione cum ceteris circumpectionem, in cibis illud modum, quod natura desideraret, tenerent: in rebus ad vitam usum parandis, vni tantum necessitati consulerent, subdit: Atque haec quidem dum simpliciter hoc modo dicuntur, leuia videntur, ac nullius penes difficultatis, eiusmodi sunt tamen, in quibus seruandis, magna opus esse contentione, ipse nos usus docuerit. Talis contentio & ardor spiritus, minimorum curam pariens, mouet Deum, vt cito talem euehat ad falligiam virtutum, ad quae legitimus, tum alibi, tum in nostra Societate euectos esse multos, in ipso Nouitiatu, vti euexit B. Stanislauus Kostkian, & postea alios pauculis annis in Societate transactis, vti fuerunt B. Aloysius Gonzaga & Ioan. Berchmanus, & plurimi alij. Verissimum enim est, quod scribit S. Bernardus: *Anima quae amat, ardentius, currit velocius, & citius peruenit: perueniens, non dico repulsionem, sed nec cunctationem patitur sine mora aperitur ei tanquam domestica, tanquam charissima, tanquam specialiter dilecta, & singulariter grata. Nec enim, inquit S. Ioannes Climacus, numero, & laborum multitudinem Deus mercedem reddit, sed alacri proposito, atque seruenissima voluntatis. Si e contra, parum conceditur a Deo iis, qui sine**

1. Pet. 5.
12.
Apoc. 19.
11.
Catech. 5.
Myf.
cap. 6.
151.
2. 2. q. 88.
a. 3.
1. 7. Inst.
cap. 20.
152.
153.
154.
155.
156.

153.
Reg. bre.
ul. 2. 9.
h. t. cp.
Philip.
capit. ad
Canonit.
154.
155.
156.
157.
158.
159.
160.
161.
162.
163.
164.
165.
166.
167.
168.
169.
170.

11. q. 111. sine feruore ei feruiant. Nam, vt ait S. Thomas, in infusione charitatis requiritur motus liberi arbitrij. Et ideo illud quod dominum intentionem (scilicet feruorem) liberi arbitrij, dispositum operatur ad hoc, quod charitas fit minor. Vnde sequitur, & omnes alias virtutes infusas, in exigua infundi mensura, quia ea proportione infunduntur à Deo, quâ infunditur charitas, quâ, vt ait S. Gregorius, est Mater omnium virtutum, & vt eam appellat Apostolus, Vinculum perfectionis. Vtrumque egregie expressit S. N. P. Ignatius in aureâ illâ Epistolâ, quam scripsit ad Lusitanos nostros, antequam aliam obedienciâ epistolam ad eos scripsisset. In illâ enim excitat illos ad feruorem, in hac de obedienciâ, ad moderationem feruoris. In priore ergo sic loquitur: *Ferete semper in sinu cordis vestri, viuendum quendam, sanctumq; feruorem; ad quoslibet pro virtute exatilandos labores, quia rarum aliquod, & eximium facinus antecellit sexcentis vulgaribus, minutisq;. Ad quem enim virtutis gradum, multis annis piger non potest adreperere, exigua temporis intercapedine diligens mirabiliter volat. Hoc ipsum S. Teresa scriptum reliquit dicens, Eos qui minima curant in profectu virtutum, sine aliâ & penitus volare. Nihil adeo paruum est, inquit S. Gregorius Nazianzenus, si Deo fuerit oblatum, licet sit minimum, licet paruo pretio dignum, cui penitus aditus denegetur, aut quod non suscipiat misericors ille, qui cuncta iustâ nouit expendere statera. Ponderat Theodoretus illud Gen. 28. quod Iacob, post visam calos attingentem scalam, & post eximia rerum magnarum promissa, à Deo accepta, non plus ei obtulerit, quàm lapidem, oleo perfusum, & ita erectum. Non respuit, inquit, etiam minima benignissimus Dominus gratiam habens operis intentionem. Et S. Augustinus, Videte, ait, quia minima nostra, non contemnit Deus. Nam si contemneret, nec crearet. Nam & capillos nostros, ipse vniue creatit, & numeratos habet. Mitum ergo uon sit Deum, minima nostra, abundè magnis beneficiis remunerari præsertim, quia dum ea peraguntur sublimi intentione, purè propter Deum, inde magna & sublimia euadunt. Quocirca B. Maria Magdalena de Pazzis monere solebat Moniales, ne curarent res magnas facere in apparentiâ (vti sunt disciplinae, i. e. unia, vigiliae, humi cubationes) quia in his dicebat occultari superbiam periculosam animae, sed persuadebat instanter, res facere, quae videntur minime, sed quae sunt magna & sublimes, per ordinationem earum, ad altum finem, rectâ intentione, quia talibus valdè delectatur Deus, & sunt abscondite ab aduersario. Non damnabat hæc Sancta res magnas, sed nec paruas volebat negligi, verùm frequentari, quæ per intentionem sublimem magnæ sunt. Peeter eâ, quia ex magno feruore proficiscuntur. Dei liberalem manum excitant, ad magna beneficia conferenda. Hinc S. Casarius ait: *Vbi viderit Deus deuotionem animi, ardentem infirmam affectum, & quantum nos addiderimus ad studium, tantum ille apponet ad adiutorium: quantum nos ap-**

posuerimus ad diligentiam, tantum ille addet ad gloriam. Quia, vt dicit S. Diadocus, secundum proportionem progressus animae, donum Dei bonitatem suam menti patefacit.

Quarta causa, ob quam Deus curantes minima magis virtutibus cumulat, est ingens desiderium, summæ perfectionis, quod viget in omnibus minima curantibus, & quædam quasi auaritia spiritualis, & vt Christus loquitur, *Eris sitisq; iustitia*, quæ in talibus semper crescit, cum incremento virtutum. Idè enim, more auarorum minima quæque curant, vt congregent quamplurimos celestium donorum thesauros: & si minima amant ac desiderant, multo magis magnos & altos virtutum gradus: quia hi sunt aptiora obiecta, ad excitandum in nobis appetitum & desiderium sui. Hoc autem desiderium omnino requiritur, & præcedere solet, in omnibus perfectionis studiis. Oportet namque, inquit S. Bernardus, vt sancti desiderij ardor præueniat faciem eius, ad omnem animam, ad quam est ipse venturus. Idem desiderium, in perfectione vitæ crescentibus, cum ipsa perfectione crescit. Vnde hanc ob causam à S. Bernardo vocatur *primum in donis, & vltimum in profectibus*. Quocirca S. N. P. Ignatius, vt scribit Ribade-I. cap. I. neira in eius vitâ, cum conferret profectum præcedentis diei cum præterita, quotidie vna cum spiritali profectu maiore, sentiebat se maioribus inflammatum studiis, scilicet acquirendæ perfectionis. *Initium sapientia*, ait Spiritus Sanctus, est *verissima sapientia concupiscentia*. Non meruit secreta celestia, inquit B. Iustinianus, Propheta Daniel, quia ieiunauit, sed quia concupiuit, dicente Angelo: ego autem veni, vt indicarem tibi, quia vir desideriorum es. Idè Christus ait: *Beati, qui esurunt & sitiunt iustitiam*, quoniam ipsi saturabuntur. Quæ verba ponderans S. Bern. *Qui esurit, inquit, esuriat amplius; & qui desiderat, abundantius adhuc desideret; quoniam quantumcunque desiderare poterit, tantum est accepturus. Immo non secundum perfectionem, modumque desiderij, sed mensuram accepturus est bonam & confortatam, & coagitatam, & superfluentem.* Hæc vim obtinendi à Deo beneficia sciens inesse piis desiderijs S. P. N. Ignatius, commendat ea in Constitutionibus, ideoque *Rectoris officium*, ait *fore oratione & sancti desiderij, totum Collegium velut humeris sustentare.* Et ab eo didicit id P. Petrus Faber, primus eius socius qui inter alia monita, quæ reliquit Parmensi Sodalitati, vnum fuit, tale: *Vbi Sacerdos Christi Corpus ritè consecerit, aut excitatum ab arâ sublimè populo demonstrarit tum ros petetis à Deo (quod in summis numerandum est donis) samem sitisq; iustitia.* Et, vt de eodem eius vitâ idem Orlandinus scripsit, inter media quæ adhibebat, ad promouendos in Christianæ pietatis studiis eos, qui iam emerferant è vitis, vnum erat eius iudicio inestimabilis momenti, vt figeretur animo, & haberetur ante oculos, & quasi semper ad manum: inter alia esuriendam, sitiendamq; iusti-

11. q. 111.
11. ad 3.
12. ad 1. q.
13. ad 2. q.
14. ad 3. q.
15. ad 4. q.
16. ad 5. q.
17.
18.
19.
20.
21.
22.
23.
24.
25.
26.
27.
28.
29.
30.
31.
32.
33.
34.
35.
36.
37.
38.
39.
40.
41.
42.
43.
44.
45.
46.
47.
48.
49.
50.
51.
52.
53.
54.
55.
56.
57.
58.
59.
60.

cap. 77.
163.
f. 31. in Cant.
f. 84. in Cant.
Sap. 6. 11.
1. de disc. & perf. mon. con.
6. Dan. 9. 23.
Matt. 5. 6.
1. de omnib. 55.
4 p. c. 10.
Oril. 1. 1. num. 109. 1. 2. c. 22.

iusitiam, id est, excitandam virtutis aviditatem. Meritò ergo S. Thomas in Opusculo 62. de Divinis moribus, non semel commendat frequentationem piorum desideriorum. Nam differens de largitate Dei, inter media dissonantia hominem, ad percipiendam copiosam Dei gratiam, ponit *iusta desideria*. Et disputans de discretione Dei, inter auxilia inducentia proximum ad perfectionem, numerat *desideria*: quod etiam repetit alibi. sed his mirabilior est doctrina, (vbi testatur Pius II. in Bullâ Canonizationis S. Catharinæ Senensis) diuinitus infusa S. Catharinæ Senensi, in cuius dialogis, Deus ei ostendit, quantam vim habeant sancta desideria. Cùm enim Deus Pater explicaret ei modum, quo Deo satisfiat ab hominibus pro culpis admissis, ait: *Omnes pœna, quas anima sustinet vel sustinere potest in presenti saculo, nullo modo condigna sunt, ad culpam etiam minimam puniendam: quoniam offensa, que mihi fit, qui sum bonum infinitum procul dubio satisfactionem exigit infinitam. Sed est verum, quod ex anima seruienti desiderio satisfiat; videlicet ex contritione verâ: vera contritio tam culpe quam pœna satisficit: non quidem ex pœnâ finitâ quâ puniatur, sed ex infinito desiderio. Vocat infinitum desiderium, quia tam multum eo desideratur, vt nullus terminus ponatur rei desideratæ, ad dandam quam maximam gloriam Deo infinito, qui, vt ait S. Bernardus, diligendus est sine modo & fine. Idem S. Catharinæ Deus Pater alio tempore dixit: Ego à vobis expeto desiderium infinitum. Et tale desiderium (vbi Christus Dominus dixit S. Gertrudi) est veluti fistula aurea, per quam à Deo dona eius attrahuntur, & quasi exsuguntur. Quia ergo in curantibus minima semper viget ardens desiderium maximæ perfectionis, qui ea curant, illam obtinent, & quasi sanctâ violentiâ extorquent à Deo. Hec vbi, inquit Tertullianus, Deo grata est, & desiderantibus eius dona valde vitilis: quia, vt ait S. Gregorius, Valentiores voces apud secretissimas aures Dei non faciunt verba, sed desideria: si desideramus ex corde, etiam cùm ore conticescimus, tacentes clamamus. Et quoniam, teste David, desiderium pauperum exaudivit Dominus, minimorum curæ, adiungendo maiorum donorum desideria, illis potiuntur. Meritò ergo P. Petrus Faber, teste Orlandino in eius vitâ, cuidam nostro, viro docto, qui ad Societatem accesserat, dans monita ad profectum opportuna, ait: *Libentissimè audimus, te inter Fratres infima querere & vltima, atque minima consecrari. Nam magnitudo humane mentis, non in eo est, vt magna ex suo sensu amet atque amplectatur, magna, inquam, huiusmodi, sed vt ad minima sese extendat. Perge itaque exerceri in minimis, vt maxima æterna vitæ promerearis. Non ignoras apud Arithmeticos notam, que cifra vocatur, nihil per se valere, verùm subiunctam numeris, incrementum iis manus adferre, quando post plures ponatur. Quid ni ergo nos omnes gaudeamus, qui nouimus te qui numero nostro accessisti, de vilius vitæ hu-**

ius, tuum colligere pretium ac valorem? *Ana minimo nomine appellari ab omnibus, si nomen bonum tibi velis comparare.*

Hanc ob causam, bonum, & Sancti nomen, in libro vitæ comparare cupiens noster P. Balthazar Aluarez, præter curam minimorum in rebus aliis, toto sexdecim annorum tempore quo primum orationis modum tenuit, fuit singularis planè in exequendis omnibus consiliis, & circumstantiis, quæ S. N. P. Ignatius in libello Exercitiorum obseruandas præscripsit (quas Additiones vocat) ad rectam habendam orationem, nullâ etiam minimâ neglectâ. Obseruauerat enim, diligenter plurimum placere Deo, quod quis Diuinam eius voluntatem plenè, etiam in rebus minimis, exequatur, vt nos ad suum conspectum & familiaritatè admittat: cui sicut ij qui verè obediunt, sunt charissimi, ita eos qui propria sua sequuntur consilia.

Quinta causa est, quia per res paruas homo disponitur suauiter ad maiores, & Deus ita sensim hominem eleuat ad maiora, dum videt, minorâ, quæ potest, exequente. Hoc docuit Christus Dominus S. Birgittam: *Qui in amore me esse vult, incipiat primò vertere omnia, ad est, conetur ad faciendum bona per voluntatem, & continuum desiderium. Inde leuet modicè & paulatim, id est, faciat ea, que potest, cogitando sic: Hoc benè possum facere, si Deus dederit mihi auxilium. Deinde perseverans in incepto, cum tantâ alacritate, ea que videbantur sibi prius onerosa, incipit portare, quod omnis labor in ieiuniis, seu vigiliis, & aliis laboribus quibuscumque est sibi tam leuis, quasi pluma. Et in tali sede quiescant amici mei: que est malis & desidiis, quasi circumseptâ, aculeis, & spinis: sed amicis meis, est summa quies, & leuis quasi rosa. Et infra: Qui conantur ad faciendam modicam illud quod possum, his ego dabo gratiam. Quomoddò autem fiat progressio, à minimis ad maiora, ita hoc eidem Sancto Christus Dominus significauit: Ex modico bono, oritur quandoque magna merces.*

Dactylus mirifici odoris est, & in fructu eius lapis. Si ponitur in pingui terrâ, pinguescit & fructificat, & crescit in magnam arborem. Si autem ponitur in aridâ terrâ arcescit. Arida est nimis terra illa à bono, qua delectatur in peccato. In quâ si semen virtutum seritur, non pinguescit. Pinguis autem est terra mentis illius, qui cognoscit peccatum & gemit se peccasse: in quâ, si ponitur lapis Dactyli, id est, seritur seueritas iudicij mei, & potentie mee, radicitur tribus in mente meâ radicibus: Primò, cogitat se nihil posse facere sine auxilio meo. Deo aperit os suum ad rogandum me. Secundò, incipit etiam modicam dare elemosinam pro nomine meo. Tertiò, Exoccupat se in negotiis suis ad seruendum mihi. Deinde incipit abstinere in ieiunio, & in abdicacione voluntatis proprie: & hoc est corpus arboris. Postea crescunt charitatis rami, quando trahit omnes quos potest ad bonum. Deinde crescit fructus, quando etiam alios docet, in quantum scit, & totâ deuotione intendit, quomoddò honorem meum possit ampliare. Talis fructus mihi summè placet. Sic igitur ex modico ascendit ad profectum, quando primò radicitur per modicam deuotionem, crescit corpus per abstinentiam,

s. cura
Dei de
creatoris.

164.
c. 3. Dial.

tr. de di-
lig. Deo.
c. 30. &
104. dial.

Apolog.
cap. 39.
1. 2. 2. Mor.
cap. 13.

Pf. 10. 17.

1. 2. c. 23.

165.
c. 2. vit. S.
1. pag. 21.

1. 1. Reu.
cap. 15.

1. 1. Reu.
cap. 47.

tiam, multiplicatur rami, per charitatem, pinguescit fructus per predicationem.

CAPVT DECIMVM.

Indicat septem defectus, precipuo quodam conatu tempore studiorum vitandos: nimirum libertatem in agendo; sermones de rebus friuolis; colloquium cum personis vitiis; conuersationem cum non spiritualiter viuentibus; irrisionem aliorum; periculosam particularem amicitiam; negligentiam in Officiis manualibus domesticis.

Septimo, maximopere conducit ad conseruandum & augendum spiritum, fuga certorum defectuum, per quos deuenitur ad iacturam non tantum spiritus, sed etiam sapientie uocationis ipsius religiosae.

166. Primo, omnium fugienda est libertas & audacta in agendo, aspiciendo, loquendo, ridendo tangendo. Liberet bonitate sua Deus, inquit S. Dorotheus, animas nostras ab hac pestifera & lethali parrhysia, seu licentiosa agendi vel loquendi libertate. Est enim parrhysia multiplex & pluribus modis fit. Etenim licentiosae se quisquam gerit uerbo, tactu, & visu. Delabitur quis parrhysia in otiosam & vanam locutionem, in uerba secularia, in actus ridiculos. Risus enim mouet hac parrhysia parum modestos. Est autem parrhysia seu licentiosa libertas, cum quis praeter necessitatem alium atreccat, manusq; suas iocandi ridendiq; studio in socium iniecit: cum impellit aliquem ac protrudit: cum uiolenter quicquam aut furum ab aliquo rapit: cum impudicis oculis & parum modeste aliquem spectat. Haec omnia profecto ex eo proueniunt & ortum habent, quod timorem Domini anima nostra non possidet. Ex his autem in uerum & absolutum contemptum paulatim quis labitur. Propterea cum legis praecipua daret Deus, aiebat: Facite ut religiosi, pii ac uerecundi sint filij Israel, ac minime contemptores & fastuosi. Nam citra pietatem & deuotum animi affectum, citraq; reuerentiam & orationem, nec colere nec uenerari Deum quisquam poterit uinquam. Neque enim cuiusmodi sit praecipuum attendit aut considerat. Idcirco nihil est parrhysia grauius, & molestius, & propterea omnium passionum ac uitiatorum mater, ac seminarium dicitur, quandoquidem hac parrhysia, omnem religionem onuemq; pietatem, ac uenerationem, omnem denique timorem Dei procul abigit & expellit a nobis, parrhysiaq; contemptum & fastum. Etenim ex hac parrhysia, seu licentiosa libertate, quam mutuo inter nos exercentur, fit, ut mutuo inter nos licentiosissimi simus, ut impudenter inuicem nosmet geramus, ut perperam ac male inter nos colloquamur, ut mutuo nos ledamus corrupamusq;, atque adeo uerberibus lasciuamus. Inde etiam fit cum uestrum aliquis inutile quippiam aut uanum aspexerit, actutum abeat, & futili quadam garrulitate ac loquacitate, illud effutiat ac disseminat, & in alterius Fratris mentem atque animum ingerat, nequaquam seipsum tantum lassisse contentus, nisi & fratrem suum in com-

mune damnum protraxerit, immisso quodam lethali ueneno in cor eius. Ac saepenumero euenit, ut Frater ille orationibus vacet, & precationibus deditam habeat mentem: aut rei cupiam non inutili, cum subito uenit hic nugigarrulus & conuertit eum in nugas facitq; ue inaniter ac inutiliter colloquatur; nec solum illum ab utili re auocat, uerum etiam pronocat ad tentationem. Quo quidem uicio nihil grauius, nihil perniciosius, ut non modo scilicet se solum, sed etiam proximum ledere, atq; ipsi impedimento esse uelut. Facessat istud a nobis, Fratres, absit tantum a nobis scelus. Non habet locum hoc scelus in iis, quos iuuenilis affectus, uirtus uerecundiae, inimica libertatis, & silentij amor, in officio continet: quia, ut scribit S. Bern. quoru is ocu- De ordi-
los, aures, linguamq; possidet, non sinit turpiter ledere ac uide-
ridere, efficiens eos graues ac mutes. E contra grande uiti-
um est, iuniorum impudentia, (sunt uerba S. Bern. eodē in loco) quae improbo ausu & dissolutione sua Patres & Fratres conturbat. quia scriptum est: Nec Deū, Luc. 18.
nec homines reueretur, sed latatur cum male fecerit, & Prou. 2.
exultat in rebus pessimis. Facta est frons meretricis, quia Ierem. 3.
non potest erubescere. Vbi lingua audax, & frons inue-
recunda, quid loquatur, quid agat non curat. Cum enim boni adolescentuli & mansueti, tacendo reuerentur maiores suos, nemo solus taciturnitatis hanc laudem putet: quia silentium ipsum (in quo est reliquarum uirtutum otium) maximus actus uerecundiae est. Idem explicans uidecim onera ab Isaiā commemorata, Si uideris, inquit, Monachum in claustro sedentem, huc illucq; respicere, oscitare crebrius, manus & pedes extendere, nunc librum ponere, nunc resumere, postremo quasi quibusdam stimulis agitatam, de loco in locum, de auditorio in auditorium cursitare; sub onere Duma eum suspirare non dubites. Sic merito irridet & carpit, alioqui suauissimus & mellifluus Pater, religiosus libera dissolutione uiuendi laborantes.

E contratio uero, magnopere iuuenibus uerecundiam commendat: Aduerte, inquit, primam sponsa uerecundiam; quae nescio an quicquam grauius aduertit in moribus hominum queat. Hanc primo omnino liber quodammodum manus sumere, & quasi speciosum quendam florem decerpere loco, nostrisque apponere adolescentibus. Non quia non sit & in prouectiori aetate omnino studio retinenda, quae est certe omnium ornatus aetatis, sed quod tenere gratia uerecundiae in teneriori aetate amplius pulchriusq; eniteat. Quid amabilis uerecundia adolescente? quam pulchra haec est, quam splendida gemma morum, in uita & uultu adolescentis: quam uera & minime dubia bonae nuntia spes, & bona indolis index: uirga disciplina est illi, (libero alteri adolecenti) qui pudendis affectibus imminens, lubricis aetatis motus, actusq; leues coerceat, comprimat insolentes (sua modesta & graui uerecundia) Quid ita turpiloquij & omnis deinceps turpitudinis fugians: soror continentiae est. Nullum aequae manifestum indicium columbinae simplicitatis: & idem est testis innocentiae, lapsa est pudica mentis iugiter lucens, ut nil in ea turpe vel indecorum residere attentet, quod non illa illico prodar. Ita expultrix malorum, & propugnatrix puritatis innata, specialis gloria, conscientiae & fame custos, uita decus, uirtutis se-



des. virtutum primitia, natura laus. & insigne totius honesti. Rubor ipse genarum, quæ forte inuenerit pudor, quantum gratia & decoris suffuso asserre vultui solet. Vsq; adeo geminum animi boni verecundia est, vt & quum male agere non verentur, videri tamen verecundentur, dicente Domino: Omnis qui male agit, odit lucē &c. Cū ergo facti simus spectaculum Angelis, Deo, & hominibus, conemur vt omnia nostra orientur virginali verecundia, ne cuiusquam offendamus aspectum, liberā dissolutaque loquendi & agendi ratione.

Ioan. 3.

de disc. & perfect. mon. con. cap. 13.

Huius libertatis in loquendo perniciosior ceteris, siue pars sine species, est illa, quam, vt ait B. Laur. Iust. in cor. dibus sermorum Christi, in Congregatione viuentium, & minus cautē conuersantium humani generis aduersarius ad exterminandam caritatem, concordiam & mentis tranquillitatem disseminare non desinit. Frequenter namq; face emulacionis & inuidia luore quorundā accendit animos contra aliquos Collegij simpliciter, humiliter & sollicitē cōuersantes, agitq; suis persuasionebus, vt negligentibus sit intolerabilis vita bonorum. Nam repleti huiusmodi diabolica malignitate, & inuidia sagittā transfici, profectum Fratrum suorum iudicant detrimentū. Propterea instigante luore, detractionibus lingua habenas laxant, & vitam proximorum murmuracionibus dilaniare non cessant, obseruant gressus, verba discutunt, & mores illorum, quibus inuident semper diuidunt. Eorum derogant deuotionibus, eorum virtutibus lacessuntur, eorumq; bonis operibus affiguntur. Facile & pro minimo aduersus eos, quos amulantur, turbantur, nec spiritu liuoris agit aut suum valent cohibere vel dissimulare furorem. Non possunt pacifice loqui, sed mox vt verba protulerint, feruere intrinsecus inchoant, forisq; contumeliosa verba iaculantur. Bonū illorum malum dicunt, sed vel vitam malum bonum. Insanabilis est istorum languor. Non enim placantur blanditijs, non mulcentur obsequijs, non rationibus acquiescunt. Quin potius quemadmodum ignis accenditur additione lignorum, ita & horum passio augetur multiplicatione virtutum. Hoc vitio sauciati fuerunt filij Iacob aduersus Ioseph, de quibus scriptum est: Oderant eum, nec quicquam ei pacifice loqui poterant. Nam cū ad illos properaret quadam die, mansuetē & humaniter directus a patre, ecce, inquit, somnator venit: occidamus eum, & videbimus quid ei profint somnia sua. Et tandem fratrem Ismaelicū vendiderunt. De hoc quoque letali veneno ex omni parte abundauerunt Iudei, sacerdotes & Pharisæi contra Dominum Iesum, de quibus in libro Sapientia scriptum est: Circumuenimus Iesum, quoniam inuitus est nobis & contrarius est operibus nostris, factus est nobis in traductionē cogitationum nostrarū, grauis est nobis ad videndum, quoniam dissimilis est alius vita illius. Tanquam rugaces estimati sumus ab illo, & abstinet se a vijs nostris tanquam ab immunditijs. Qui ab hac pestiferā tentatione liberari desiderat, proximum suum tanquam fratrem, tanquam celestis regni coheredem diligat, & complectatur intemis visceribus charitatis. Charitas namq; vera & fraternā dilectio, est huius tentationis & ceterarum, quæ de proximo aut contra proximum grassantur, insere-

Gen. 37.

cap. 2.

ptix mirifica, & docta triumphatrix. Hanc quicumque in veritate possederit, non capietur a diabolo, non proximi detractor, non contentiosus, non irrisor, non inuidus esse valebit.

Secundō, Non instituendi sunt sermones seu recreaciones de rebus friuolis, non spiritualibus. Irreligiosi cordis iudiciū est de rebus profanis in religioso locutio. Nam Christo teste, Ex abundantia cordis os loquitur. Et qui est de terra 34. loquitur. & quemadmodum Christus Dominus dixit S. Birgitte, Quod magis diligitur, frequentius nominatur, quia, vt ait S. Ambr. Os est promptuariū volentis, seu, vt inquit Seneca, vultus animi, est oratio. Quasi sermo, ait Clem. Alexand. talis est vita. Et Philo. Sermo, d frater, mentis est. Ideo si animus Dei amore est plenus & pijs affectibus, id per oris sermones apparet. Quemadmodum ex phiala aperta, per suauem quem exhalat odorē, dignoscitur liquor suauis inclusus. Vnde meritō S. Hilarius Arelatensis laudans S. Honoratum Episcopum, ex bonitate sermonum illius collegit, cordis & animæ illius internam bonitatem. Nunquam, inquit, in ore tuo, nisi pax, nisi castitas, nisi pietas, nisi charitas, nunquam in corde nisi horū sons Christus habitauit. Quocirca magnum inhabitantis Christi in corde illius iudiciū est, qui libenter de Deo & pijs rebus sermones instituit. Nec potest non instituire, qui plenus est Deo, & Deo valdē charus. Exat huius rei magnum argumentum in vitis PP. Cū enim B. Macarius Abbas vocem cælitus audisset: Macari, necdum ad mensuram duarum mulierum peruenisti, que in primā habitarent, tunc inuenit mulieribus illis, coegit eas vt dicerent opera sua. Cui illa sic dixerunt: Crede nobis Sanctissime Pater, quia nec presentī noctē a marito lectulis fuimus separata, sed his 15. annis in domo vnā pariter permanentes, nec turpe verbum altera dixit ad alterā, neq; litem aliquam commisimus, sed in pace habitemus vicinij, & pari consensu tractauimus quatenus pariter relictijs maritis in Congregationem religiosarū Virginum proficisceremur, & multis precibus hoc à coniugibus non valuimus obtinere. Quo non adepto inter nos & Deum posuimus testamentum, vt vsque ad mortem nostram secularē verbum non loqueremur omnino. En inter res adeo Deo charas, & sanctitatem B. Macarij superantes, posita est fuga & abstinētia à verbis seu sermonibus secularibus. Videmus, inquit B. Laur. Iust. agricultores, cū in vnum coadunantur, repente & sine radio de iis que agricultura sunt sermocinari: Artifices de artificijs suis: Mercatores de suis mercimonijs: Oratores de suis facultatibus confabulari. Pro dolor, soli Dei serui que proprio congruunt statui, audire vel loqui non curant vel ignorant. Et alio in loco eiusdem libri: Olim Sancti Patres, virtutum sectatores, zelatoresq; animarum, cōueniebant in vnum, & eo tempore nihil reprehensibile audiebatur ab eis. Non extollentis, non murmuracionis, non irrationis verba sonabant, sed totum quod dicebatur, anime cibis erat, vnde spirituales nutriebantur sensu. Nec quisquam sine spirituali profectu inde dis-

167

Matt. 11.

Ioan. 1. 11.

1. Rec. cap. 13.

1. 6. licet. cap. 9.

1. 1. Strom. 1. Quod detectio.

Orat. feb.

Ruff. 1. 3. num. 57.

Rol. pag. 115.

1. Cor. 1.

1. 6. in G. ind.

1. 1. Rec. cap. 47.

cedebat, quia omnes propter communem & priuati
utilitatem conueniebant. Sed (heu!) hodie non sic. Nam
rarus inuenitur, qui adificationis verbum posset pro-
nunciare. Rarior autem, qui ex operandi desiderio ad
audiendam sit audis. Frigescere namque spiritu, &
ab interna exercitatione cessante, deficiunt, qui conue-
nire in vnum cupiant ad vitia que proferantur verba
&c. Et sicut olim filij Israel de Aegypto egressi, calicum
manna cibum fastidientes, concupiuerunt ollas car-
nium, pepones, & alia; ita & hi, Dei verbum, anima-
rum pabulum dulcissimum subsannantes, que mundi
sunt, interdum votis cupiunt, sermocinationibus verò
sapsimè pertractant. De talibus autem nequaquam
tam frequenter fabularentur, nisi in ipsorum amore
detinerentur. Expellunt à suo consortio sanctos Ange-
los, ipsamque Dominum Angelorum suis ad iram
prouocant inanibus verbis. Non enim ipsorum cœtibus
delectatur totius sanctitatis Dominus. Vbi verò humi-
les congregantur, vbi vitia pro animabus, vbi spiri-
tualia & cœlestia tractantur, ibi adest Dominus. Vbi
namque fuerint duo vel tres in nomine meo congre-
gati, (ait Dominus) in medio eorum ego sum. Quà de
re & S. Bernardus grauiter conqueritur in A-
pologâ ad Guilelmum Abbatem: O quantum,
inquit, distamus ab his, qui in diebus Antonij extitere
Monachi! siquidem illi cum se inuicem per tempus
ex charitate reuiderent, tantâ ab inuicem auaritate
panem animarum percipiebant, vt corporis cibum pen-
nitus oblitui, diem plerumque totum seiuinis ventribus,
sed non mentibus, transigerent. Et hic erat rectus ordo,
quando digniori parti prius inseruiebatur. Hac sum-
ma discretio, cum amplius sumebat que maior erat.
Hac denique vera charitas, vbi anima, quarum cha-
ritate Christus mortuus est, tanta solitudine resocila-
bantur. Nobis autem conuenientibus in vnum (vt
Apostoli verbis vtat) iam non est Dominicam cœnam
sumere. Panem quippe cœlestem nemo est qui requirat,
nemo qui tribuat. Nihil de Scripturis, nihil de salute
agitur animarum; sed nuge, & risus, & verba proferuntur
in ventum. Sanè S. Chrylost, etiam in sæcularibus
id improbauit: quod in circulis otiosis, in foro
sæpe de rebus inutilibus sermones conferrent, & ieu-
nâ colloquutione instituta, de iis verba facerent, qua
ad ipsos nihil attinent. Sic enim ferè fit, vt maiori
studio res alienas inquiramus, & curiosius indage-
mus. Si ergo in sæcularibus id improbatum est,
quânto magis in religiosis? Ideo mirum non
est, quod scribit Taulerus, Christum cuidam
magno suo seruo apparuisse, & magno dolore
questum esse de 6. modis, quibus à famulis suis
inhonorari solebat, quorum secundus erat,
quòd in Conuentibus & Colloquiis vana tra-
ctarent & inutilia: eius verò vix & ne vix qui-
dem facerent mentionem. Et eoram S. Birgitta
Christus Dominus questus est de malis Sacerd-
otibus; Quod magis loquantur 100. verba pro mû-
do, quam vnum, inquit, pro honore meo. Ita Deus ex-
petit pios sermones, & dum ij instituuntur mi-
rifice delectatur. Vidi, inquit S. Terefia, Chri-
stum in maximâ gloriâ & Maiestate, preferentem ma-

gnam leticiam, ex quodam colloquio (quod fiebat de
pijs rebus cum quodam religioso) & dixit mihi, voluit-
que clarè à me videri, quod talibus conuersationibus
ipse præsens adesset, & quantoperè ipsi placeat, vt dele-
ctentur homines in colloquijs de illo. Ostendit hoc
Christus Dominus, Discipulis illis de ipso collo-
quentibus post Resurrectionem se adiungens. Luc. 24.
Quod ponderans B. Laur. Iustin. sic perstringit
colloquentes de rebus frivolis: Non egerunt, quæ
admodum multi, qui se Christi profitentur esse Discipu-
los, (vel Socios intimos) intendunt namq, confabu-
lationibus, detractionibus, & iocis, atque omne pene tẽ-
pus accommodatum illis ad profectum anima, ad vir-
tutum studia, ad vtilitatem proximorum, & ad vacan-
dum sibi, consumunt & lacerant. Fitq, eorum ignauia,
vt inde miserabiles fiant, vnde spiritualiter locuple-
tari debuerant. Nempe tanquam agricultores in campo
dominico constituti sumus, quatenus opportunis tempo-
ribus fructum reddamus iustitiæ, alioquin veluti infœ-
cunda arbores excidemur, & in ignem mittemur ater-
num. Nemo se excuset, quoniam ab huiusmodi exactio-
ne nullus liber exister: cum omnibus operandi incipit,
necessitas. Quisque de percepto temporis talento ratio-
nem exoluet. Ista si interdum, qui nugis vacant, curiosi-
tati inseruiunt, otiosa sectantur, reuoluerent secum, non
minus cordi quam ori suo prudentem adhiberent custo-
diam. Vtrumque ad seruandam innocentiam & san-
ctimoniam vitæ necessarium est. Quid prodest si omni
diligentiâ serues cor tuum, sciens quoniam ab ipso mors
& vitæ procedunt, & lingua ostium absque vilo tempe-
rantia obstaculo viatoribus patere permittas? Loquẽs
dum est ergo de rebus spiritualibus & merè
pijs. Quod quidem seruandum est quantum
fieri potest: nisi ratio officij, aut aliqua alia cir-
cumstantia exigat sermones de rebus alijs, serijs
tamen & religioso ore dignis. Quales comme-
morat S. Basilius: Verborum, inquit, vtilitas ea, opi-
nor, fuerit, si aut de virtute in loco differatur, aut ad rei
alicuius, que facienda infert, vergeatq, vsus sermo ac-
commodetur: aut etiam deniq, ad audientium adifica-
tionem referatur. Qui autem in alio quouis genere ser-
mones versentur, ij reuici tanquam superuacanei & inu-
tiles debent. Hanc ob causam S. P. N. Ignatius tri-
die suę mortis vespere, post cœnam, cum dome-
sticis Patribus collocutus est, more solito, de re-
bus ad regimen Domus spectantibus, quia sta-
tus illius temporis, tales exigebat sermones. Et
Beatissima Virgo Maria, tradens per S. Birgit-
tam, cuidam Episcopo modum vitendi; Post re-
fectionem, inquit, lectis gratis, loquatur Episcopus illa
qua expediunt, & agat agenda, secundum Episcopale
officiũ: sed omnia sint honesta & salutaria. Quod
etiam alteri Episcopo alio tempore per eandem
diuinitus traditum est monitum. Tales erant
sermones Monachorum S. Pachomij, de quibus
in Vita Patrum scribitur, quod impossibile
fuerit aliquem apud eos verbum otiosum loqui, sed ea
tantum qua de sanctis Scripturis didicerant erant in-
ter se conferentes, & exponetes de Capitulis Scriptura-
rum qua ad timorem Domini confirmarent & illumi-
narent

Lib. de triumph. Chr. ag. 6. cap. 25.
Conf. mon. c. 12.
I. 4. Reu. cap. 12. 6.
I. 3. Reu. cap. 11.
Ruff. 1. 3. num. 31. Ros. pag. 506.



infrā. nu. 36. narent animas eorum. Quo etiam in loco scribitur, quendam virum magnum de sanctis senioribus vidisse sanctos Angelos stantes circa quam plurimos Fratres, dum loquerentur inter se. & conferrent de sanctis Scripturis, quae ad salutem pertinent animarum. Stabant autem circa eos sancti Angeli, latentes, in hilari vultu considerantes, delectabantur enim de eloquio Domini. Cū autem aliud quodcumque inter se loquerentur, statim sancti Angeli recedebant longius indignantes contra eos: veniebant autem porci sordidissimi & morbo pleni, & volabant se inter eos: daemones enim in specie porcorum delectabantur per superflua & vaniloquia eorum. Beatus autem senior haec videns, abiit in cellulam suam & per totam noctem cum grandi fletu & ululatu, gemendo desolebat miserias nostras. Exhortabatur ergo sanctos Patres per Monasterium, & commonebat Fratres, dicens: Caute Fratres à multiloquio, & ab otiosis sermonibus linguam prohibete, per quam malus interitus anime generatur: & non intelligimus, quoniam per haec & Deo & SS. Angelis odibiles sumus. Dicit enim Scriptura: Per multiloquium non effugies peccatū. Haec enim infirmam & vacuam efficiunt mentem atq; animam nostram. Seruauit id S. Carolus Borromeus, teste Giuliano in eius vitā: Erāt enim eius colloquia vel de rebus merē diuinis vel de negotiis vtilibus spectantibus, ad seruitium diuinum. Sanē Apostolus à secularibus id exigit: Sermo ex ore vestro procedat bonus, ad edificationem fidei, vt det gratiam audientibus: Quāto autem magis id exigit à religiosis hominibus, qui maioris perfectionis acquirēde obligatione tenentur? Sanē S. Chryl. seculares exhortatur, vt sumpto cibo de rebus piis colloquantur, & sacros libros legant. Nā sicut, inquit, corpus indiget sensibili cibo, ita & anima quotidiana spiritualium ciborum refocillatione, vt roborata aduersus carnis insultus, & continuum bellum quo vrgeretur, resistere possit, quōd periculum sit, ne in seruitutem redigatur anima, si vel parum desideres esse voluerimus. Proinde B. Moyses dicit: Cūm comederis & biberis, & satiatus fueris, memor esto Domini Dei tui. Vides, quomodo & tunc potissimum congruit, post sumptum corporalem cibū, spirituale conuiuium proponi, vt non post satiētam cibi corporalis, anima torpere & deses fieri incipiens, in perniciem aliquā ruat, & locum det diaboli machinationibus, qui nullo non tempore obseruat num ferire commode queat. Certē nisi religiosi pios depromant sermones, nescio quā ratione cogitari possit, pietatē in eorum corde residere. Verissimum enim est, quod ait Quintilianus, sermone hominem, vt era timuitu dignoscit: & vt Romulus dicere solebat, vna scitilia, sono & percussu, hominē verō sermone explorandū esse: hoc est, an sit probus vel improbus. Argentum electum est lingua iusti, ait Spiritus sanctus. Hoc est, prout explicat Caiet. Eloquia iusti, puri ad instar argenti, splendent pulchrē & sonāt rectē. Hoc est, debent splendere exemplari materiā sermonis, & rectē sonare, religiosa moderatione vocis, nec risū nimio & cachinnis, nec clamoribus & contentionibus scēdatā. Ab his enim religiosum os, & vita proba abhorret. Hinc illud

Socratis dictum apud Cicer. Qualis homo est, talis Tale, etiam eius erit oratio: orationi autem facta simillima, factis vita. Hanc ob causam Plato & S. Paulinus, Speculum animi orationem esse dixerunt. Quocirca dissipati spiritus magni argumentum est, ex religioso ore sermo non religiosus, in religiosorum conuentu promanans. Fugiendū ergo est ab iis, qui spiritum religiosum in se conseruatum & auctum volunt. Et hoc ipsum in colloquiis etiā secularibus seruandum est. Quod si queras, quae debeat esse nostrorum colloquiorum materia? Resp. primò cum S. Basilio: Verborū ea virtus fuerit, si aut de virtute in loco disseratur, aut si ad rei alicuius, que facienda instet, vrgeat, vjūm sermo accommodetur, aut etiam deniq; ad audientium adificationem referatur. Qui autem in alio quouis genere sermones versentur, ij reiciantur tanquam superuacanei ac inuiles debet. Resp. Secundo cum B. Laur. Iust. Maximam & indeficientem loquendi materiam inuenient, si de miseria praesentis vitae, de periculo huius peregrinationis, de variis tentationum generibus, de diaboli fraudibus, & de vitiorum deformitate, de virtutum ornamentis & meritis, de mortis inenitabili necessitate, de pena inferni, de regno Dei & praemio Paradisi, frequentius verò de Dei ineffabili charitate, humano generi per Christū & in Christo exhibita. De huiusmodi autem tam pro Dei amore & dilectione, quam pro audientium adificatione, & sumet profectū, Dei serui tractare non desinant, spiritualibus spiritualia propinantes. Deū verò vnicuique proprium verbi pabulum iuxta personarum qualitatē & temporum.

Resp. tertio: Congregatio Sexta Generalis commendauit Cathalogū P. Natalis, praescribentem varias materias, quae solent quotannis in Refectorio legi, & impressae sunt in libro Instructionum, & sunt haec, quae etiā aliis vitę spiritualis sectatoribus, in statu seculari & regulari manētibus, suo modo, mutatis mutandis, vtili esse possunt.

QVIBVS DE REBVS

Nostrae Recreationis tempore colloqui possint.

- I. De vitā Christi & Sanctorum: deq; historiis Ecclesiasticis.
- II. De Historiis Societatis, tum rerum, tum personarū.
- III. De bonis cuiusq; desiderijs ad proficiendum in vitā perfectionis: deq; fructū ex meditatione collecto.
- IV. De bonis desiderijs inuandis proximis, praesertim inter hereticos, & infideles.
- V. De rebus, quas in sacris lectionibus, aut cōcionibus audierunt, vel inter praedandum, aut canendum.
- VI. De Spiritu, & instituto Societatis: de Constitutionibus, de Regulis, & gratia Vocationis: cum humilitate tamen, simplicitate, ac deuotione in Domino, ad perfectam eorum obseruationem.
- VII. De suā cuiusque vocatione.
- VIII. De virtutibus, iis praesertim, quae Religiosis peculiare sunt: idq; iuxta gratiam, & proprietatem nostrae vocationis.
- IX. De vitiis contrariis, non tamen carnis.
- X. De morte, iudicio, Inferno, Paradiso.

XI. De

- XI. De iudicijs Dei occultis, ac manifestis.
- XII. De miserijs mundi: deq; periculo eorum, qui in seculo degunt.
- XIII. De securitate eorum, qui in Societate viuunt: cum humilitate tamen, nihil eam alijs Religiosorum Ordinibus preferendo; sed seruenti spiritu eius gratiam magnificando in Domino.
- XIV. De bonis operibus, qua conseruatur in proximo.
- XV. De virtutibus: ac religiosa conuersatione Patrum, ac Fratrum: eorum praesertim, qui vel procul absunt, vel requiescant in Domino.
- XVI. De Haereticis, & Infidelibus nostra tempestas: quod spectat ad concipiendum animum, vt aduersus illos pugnemus in gladio spiritus: atque oremus, vt Dominus eos conuertat.
- XVII. De his tandem rebus loquantur, que possint simul & relaxare animos, & ad spiritualem edificationem facere. Ea autem erunt, qua minimum habeant speculationis; affectus verò habeant religiose honestos, ac suauiter religiosos.
- I. Ne sint Nostri in recreatione singulares, solitarij, aut tetrici.
- II. Ne leues in actione.
- III. Ne immodesti.
- IV. Ne verbosi.
- V. Ne iracundi.
- VI. Ne contentiosi, aut ironici.
- VII. Ne in incensu incitati.
- VIII. Ne molesti aut acerbi.
- IX. Ne voce videntur elatiore, aut cachinnis.

Ideo S. quoque Teresa, per amorem Dei, inquit, vos obtestor, vt ita vos geratis, vt vestra conuersatio, semper ad aliquid illius quicum ageris, bonum referatur. Et paulò post subdit: Videte ne apud vosmetipsos sic dicatis: Volo vt me bonam aestiment, nam ex eo quod in vobis vident, commune ac publicum bonum aut malum dependet, & sanè magnum malum foret, illas, quibus tam magna de nullà alià re quàm de Deo loquendi obligatio incumbit, in hac re aliud facere. Hac vestra est negotiatio & lingua, quam addiscat oportet is qui vobiscum conuersari vult: sin minus, ipse vobis cauere, ne quid de lingua eius addiscatis: quod vobis infernus quidam erit. Si vos propterea vt rusticanas ducant, parum refert, multo etiam minus, si vos hypocritas & simulatrices existimant, hoc sanè inde lucubimini, quod nullus vos sit inuisurus, qui de pijs rebus loqui vobiscum nolit.

Sanè qui Dei delectatur praesentia speciali, non communi omnibus iustis, sed praesentiore, deberet delectari pijs colloquijs: in his enim & per hæc intrat in cor nostrum Verbum æternum, nostrum cor pijs affectibus imbuens, aut experientia docet. Cum ex sacri auditione eloquij (inquit B. Laurentius Instinianus) & sacrarum intelligentia Scripturarum, humana mens tangitur, & charitate repletur, euidentissimè patet quia tunc accipit Verbum, suamque ex hoc voluit significare praesentiam. Semel corporaliter agere voluit quod spiritualiter iugiter operatur. Nonne legimus, quod post ipsius Resurrectionem, cum duobus discipulis ipse Do-

minus tertius esset comes: eisq; pergentibus, Moysi ac Prophetarum interpretaretur Scripturas, magnam ex ipso alloquio notitiam illos recepisse veritatis, vehementiq; exarsisse incendio charitatis? Vnde cum post paululum euauisset verbum ab ipsorum oculis, dicebant ad inuicem: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via? & aperiret nobis Scripturas: Vtrumque per se ipsum agi indicauit: & cum audiretur per hominem, & cum loquitur per Scripturas. Vtroque etenim modo intrat ad cor. Quocirca qui non libenter loquuntur de materijs in S. Scripturâ relictis, nec de alijs pijs rebus, factis ostendunt se non delectari illâ Dei praesentia speciali, quâ beat dilectos suos amicos.

Tertio, fugienda sunt colloquia cum ijs personis, cum quibus sunt vetita: Primò cum secularibus extra scholasticas in scholis exercitationes. Verus est hac de re monitum S. Basilij: Non decet temerè seipsum quibusuis credere, denudareq; aut aperire animi arcanum sui. Siquidè homini, in eo, quod ex Deo est, vita genere versanti, multi parati esse insidiatore solent, atque ipsi ad eò coniunctissimi. Quocirca danda omnino nobis opera est, vt non nisi magnâ adhibita diligentia (imò & potestate facta à Superioribus in Ordine religioso) circumspiciat, in congressum cum extraneis hominibus veniamus. Si enim ipse liberator noster (vt est in Euangelio) omnibus se ipsum non credebat, ille purus, ille labe omni carens, ille qui quantum erat, nihil nisi virtus erat, hoc faciebat: quò fieri poterit, vt nos, qui peccatores sumus, qui ad lapsum procliuus, qui ab recto, quod nobis proposuimus, timere, identidem aberramus: idque & ob naturalem nostram imbecillitatem, & propter eum, qui bello nos improbe & acriter persequitur.

Est & alia causa declinandæ conuersationis cum externis, si ea alicui vetetur: Quia qui conuersationibus gaudent mundanis, inquit S. Ephrem, seculum nondum se odisse ostendunt. Nam sicuti qui ignem excitat, flammam suscitatur, ita & mundana colloquia, passionis & affectiones prauas, in corde Monachi commouent. Vtinam Frater, aduentantes colloquendi gratiâ nihil tibi nocerent. Nocere autem expertus Magister B. Laurentius Iustinus docuit. O quot, inquit, temporibus nostris fuerunt, qui tanquam ardentes lampades, & mundi luminaria lucebant coram hominibus, paulatim ex conuersatione secularium & confabulatione tepescerunt, ad pristina opera secularium vitam, miserabiliter redierunt.

Ideo mirum non est, olim tales seuerissimè punitos esse. Nam inter penas, quæ extant apud S. Basilij, dicitur, qui cum extraneo aliquo eorum qui introgrediuntur, sermonem contulerit, antequam ei permissus sit ab eo, cui moderandæ discipline summa tradita sit authoritas, hebdomadam vnam segregator. Et num. 8. Si quis cum externis aus proprijs accedentibus conuersatur, non permissus ab archimandrita, exceptis ad hoc designatis, careat benedictione. Et nu. 37. Si quis ingressus fuerit ad ostiarium siue ianitorum, si non permissum fuerit ipsi à designatis Praefectis, careat benedictione. Quocirca S. Ioannes Climacus

lin. p. 10.

l. de cast. cap. 14.

Luc. 24.

Const. Mon. c. 7.

Ioan. 2.

to. 2. par. 46.

de disc. & perfect. M6. con. cap. 22.

Can. 10.

169 gr. 1.

scriptum reliquit. Non ignorans Dominus, lubricum nostri tirocinij quodque facile si secularium contubernio & familiari congressu vitamur, rursus ad seculum conuertimur, ad quandam qui sibi dixerat: Permite mihi ut abeam, & sepeliam patrem meum, aut: Sine mortuos, ut sepeliam mortuos suos. Si prompte & celeriter currere volumus, intentius inspicimus, quomodo omnes in seculo manentes & viuentes, Dominus mortuos dixerit. Sufficiat nobis, ut gloriam professionis nostrae certius nouerimus, huiusmodi testimonium. Secundo vitanda sunt etiam verita colloquia luniorum cum Veteranis, & cum lunioribus quibusdam. Quod tanti faciebat S. P. N. Ignatius, ut in penam talium colloquiorum inungeret publicam in refectorio disciplinam, vel abstinentiam trium dierum a cibo ordinarius, solo pane & aqua ad mensam paruat appositam, vel aliam arbitrio Superioris, quemadmodum Patri Soldeuilae Rectori Collegij Genouensis, nomine S. Patris Ignatij scripsit P. Ioannes Polancus Secretarius Societatis anno 1554. 15. Nouembr. Et ut hoc exacte in Societate seruaretur, ipse S. P. Ignatius, in exemplari primo antiquorum Regularum (quibus tum Societas dirigebatur, ante vulgatas Constitutiones, quatuor regulas propria manu scripsit, prohibens promiscuam conuersationem cum quouis, & interdicens cum personis certis, modumque praescribens petendi licentiam, pro alloquendis certis personis & domesticis & externis. Tanti hanc rem fecit Sanctus & oculatus P. Noster & Fundator.

3. p. c. 1.
§. 2.

Et in Constitutionibus tractans de conuersatione nostrorum in iis quae ad animam & profectum in virtutibus pertinent, primo loco praescribit, ut abiciatur omnis communicatio per verba & scripta cum iis, qui in proposito sibi insinuato inuoluntati causa esse possunt, & ut in via spirituali incedendo, cum iis distaxat personis & iis de rebus agant, quae iuuent in diuino obsequio, ad id consequendum, quod in ingressu Societatis, sibi in scopum praesigebant.

gr. 3.

Prorsus ergo declinanda est conuersatio cum externis, dum ea vetatur nostris Inuenibus. Et de hac intelligendum est illud S. Ioannis Climaci monitum datum: Sicut impossibile est vno oculo in caelum, altero in terram aspicere, ita fieri non potest, ut in his anima non periclitetur, qui corpore & cogitatione, ab omnibus & propinquis & extraneis non se peregrinum fecerit. Labore ingenti & fatigatione mores graues & optimos acquirimus, & quos multo temporis labore quaesierimus, fieri potest, ut vno momento temporis amittamus. Corruptum enim mores bonos, colloquia mala, (secularia simul & turpia (ad quae sensim conuersationes vitatae perducunt) qui post abrenunciationem cum secularibus versatur, siue iuxta illos permanet, prorsus, aut in eosdem laqueos incidit, aut cor in eiusmodi cogitatione inquinabit, aut certe, si non inquinatus fuerit, eos qui inquinantur iudicans atque condemnans, & ipse inquinabitur.

169.

Quarto, declinanda est frequens conuersatio cum non spiritualiter viuentibus. Difficile enim

est, inquit S. Chrysostomus, aduersus instructas delinquentes turbas, aciem quandam disponere sanctitatis, id est pie & sancte viuere, conuersando cum discipulis, & non religiose nec spiritualiter viuentibus & loquentibus, & dictaminibus prauis imbutis.

Ponderat Origenes illud Christi dictum Matth. 8. ubi iubet vitare conuersationem cum eo, qui monitus & correctus aliquoties, se non emendat. Quamuis enim si de solis venialibus moneatur, & in eis perseueret, non sit exofus Deo, nec Dei inimicus, tamen sit tibi (etsi Deo non est) sicut Ethnicus & Publicanus, ita illum fugere debet, tanquam a communione fidelium exclusum. Qui in peccato leui correctus ter inquit Origenes, non se emendat, nos sic eum debemus habere, quasi Publicanum & Ethnicum, abstinentes ab eo.

Tales autem sunt, qui publicis penitentibus sapius iniunctis, non cessant in eadem culpa relabescere, & Ecclesiam, id est, Superiores (eo loco, a Christo nomine Ecclesiae intellectos) non audiunt, nec priuatas admonitiones eorum. Nam ut monet S. Ambrosius, Noxia sunt conuersationes cum insipientibus, & insipientes sobriam mentem ac decolorant, quia sicut adherens sancto sanctus eris, ita cum peruerso peruersus eris, sicut scriptum est. Frequenter enim accidit, ut qui contra propositum suum interpretantem audiens (idem autem iudicium est de aliis vitiis), cum velut ipse continentiam disciplina tenere, suo insipientia coloratur: meritoque sibi contraria sint & repugnantes, disciplina atque insolentia. Vidi rectos malignari a malis didicisse, inquit S. Ioannes Climacus, atque admiratus sum, quo modo proprietatem naturae atque privilegium tam cito amittere potuerunt. Verum fieri non potest, inquit S. Dionysius Arcopagita, ut is qui cum vno aliquid commercij habuit, diuisas distinctasque vias habeat, si modo firmam vniuersi communionem obtineat. Cum autem procliuor sit homo ad mala quam ad bona, facile mali focij malos mores imbibet. Quocirca talium conuersatio vitanda est. Quod sic tuadet S. Chrysostomus citato, illo Apostoli loco. Mores bonos corrumpunt sermones mali, Cur, inquit, si pestilentem locum & contagionis plenum videris, consuetudinem illius loci fugis, quamuis sexcenties ad domicilium illud traharis, & corporis valetudinem ceteris rebus omnibus anteposis, ubi vero opinionibus pestilentibus quidam complentur, ac egrotantibus, quae non modo corpus corrumpunt, sed animam quoque perimunt ac deteriorem viroremque reddunt, non omnino reserunt. Talis locus est illud cubiculum, ille hortus, ille campus, ille ambitus, illud ambulacrum, in quo expertus es, ab aliquo tibi praua instillari siue consilia siue dictamina, aut contra Superiores, aut contra alios qui viuunt iuxta doctrinas Sanctorum, & Regulas seruant.

Habet suos scopulos verecundia, inquit S. Ambrosius, non quos ipsa inuehit, sed quos saepe incurrit, si in-

gari, caput erectum, aures portare suspensas, de motibus exterioribus hominis, interiorum immutatam agnoscas. Vir quippe peruersus, annuit oculis, terit pede, digito loquitur. & ex insolenti corporis motu, recens anima morbus deprehenditur. & Tractatu de ordine vitę, sic tales describit: Iste non secundum Deum, sed secundum se uiuit, qui si potest, est cum quibus uult: pergit quo uult: & quantum uult: ridet & iocatur, inter quos & ubi, & quando uult: postremo, quidquid naribus suauis est, quidquid tactui blandum, quidquid oculis delectabile, quidquid ceteris sensibus carnis suę inuendum, exercet ac sequitur. Quos ergo tales esse uideris, modestę & decorę, sine auersionis signis, eorum conuersationem super fugito, quia & tibi noceret. Non est autem quod de tuis uiribus pręsumas, eod quod nullo inde detrimento te sentias affici, quia ut in re simili adhibeam monitum S. Iuliani Pelusiotę: id quidem mihi fortasse persuaderi sinam. At illud item uelim ab omnibus fidem adhiberi: aquis lapides extenuari, ac rupem aquę guttis continenter cadentibus excavari dicunt. Quorum uerborum huiusmodi sensus est: Quid rupe durius fingi queat? Quid item aqua mollius, & quidem aqua guttula: & tamen asiduis naturam uincit. Quod si natura, quę agrę dimoueri potest, dimouetur, id quod minime debebat, perpetitur, quę tamen arte ac ratione uoluntas, quę facillę mouetur, a consuetudine, non uincatur & eueratur! Sic & Seneca benę pręmonuit: Conuictor delicatus paulatim enervatur & emollitur: malignus comes quamuis candido ac simplici, rubiginem suam affricuit.

Talibus conuenit illa descriptio, quam habet S. Bernardus: Ones sunt habitu, astu uulpes. Hi sunt, qui boni uideri, non esse; mali non uideri, sed esse uolunt. Mali sunt, & boni uideri uolunt, ne soli sint mali: mali uideri timent, ne parum sint mali. Etenim minus semper malitia palam nocet, nec unquam bonus nisi boni simulatione deceptus est. Ita ergo in malum bonorum, boni apparere student, mali uolunt, ut plus liceat malignari. Qui, ut ait B. Laurentius Iustinianus, Agut nequiter, quod ualent impune. Ideo enim abstinent a violatione Regulatum, ne puniantur ob eam: quod si nulla sit pœna formido, alacriter eas transgrediuntur. Et ibidem dicit, quamuis in quibusdam, pœne timore repercussus ab actibus nefariis coerceretur, intus tamen suę malignitatis nunquam deserit appetitum.

Tales quoque solent esse illi, qui deprehensi in alicuius violatione Regulę, uel uerbis se excusant, non causam pro causa, falsa excusatione obtudentes, uel factis, aut potius cessatione a malefactis, ut sic habeantur pro iis, qui nil tunc male fecerint. Hos similes ait esse Ericij B. Petrus Damianus: Elegantissimam, inquit, super his comparationem inducit Propheta Isaias, quam de Sacratio S. Spiritus asportauit: Ibi habuit foueam Ericius. Ericius si apprehendi se sentiat, uel contingi, ita conseruissimam spumitate densatus est, ut uindique compunctionibus & aculeis uestiat. Cum uero se solitudinem adeptum putat (occasionem faciendi quodlibet

impune) caput aperit (garrire incipit) exerit pedes (intrat in loca & cubicula uetita) & uiuificatorios motus plenę deambulatione (antea subdole occultata, negatę, excusatę falso) demonstrat. Si quis superuenierit (Superiorum uel Syndicorum) statim celerimã uelocitate caput cum pedibus ad interius absconditum, reportatur. Tales ergo qui sunt, tanquã Ericij, suę conuersionis contactu longo & profundo, mores sociorum cruentantes, declinandisunt. Nec hoc fit cum pręiudicio nostrę dilectionis, sed ex motu uerę dilectionis, quo tenemur magis diligere animarum nostrarum bonum. Nam ut benę dixit loco paulo ante citato B. Laurentius Iustinianus, Ordinata dilectio, diuino semper se timori subicit, Sanctorum imitatur uestigia, deuitans iniquorum consortia. Nimirum, ne mores iniquorum imbibat. Rectę enim Clemens Alexandrinus, hominum indolem, polyphis assimilat, qui petris quibus adhærescunt assimilati, uidentur quoque colore esse tales.

Si dixeris, bene esse in uirtute & uocatio ne fundatum, sit ita, sed memineris moniti a S. Bernardo dati Papę Eugenio, qui nullos poterat timere respectus alienos: Non est tuta tibi tua bonitas, obfessa malis, non magis quam sanitas uicino serpente. Non est quo te subducas malo inestimo. Et infra: scorpionis non est in facie quod formidet, sed pungit caudã. Si ad talium blanditias cor tuum (ut assole) mollior senseris, memineris scriptum: Omnis homo, primum bonum uinum ponit, cum autem inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Interius malum regunt principia, posteriora produunt. Et quamuis non statim nocet conuersatio cum talibus, tamen, ut benę obseruauit Seneca, Horum sermo multum nocet. Nam etiam si non statim efficit, semina tamen in animo relinquit, sequiturque, nos etiam cum ab aliis discesserimus, resserturum postea malum. Aliã similitudine id declarat S. Basilius: Eteri, inquit, non potest, ut ignis si materiam ad comburendum aptam attingerit, sistatur ac cohibeatur, ne totum peruadat penetretque, & uel maxime si uentum secundum nactus fuerit, qui flammam hinc atque hinc transtuehat: eodem modo neque peccatum, quod unum attingit facile est sistere ac cohibere, ne ad omnes appropinquantes progrediatur; presertim si uenti malitię illud incitent inflammantque.

Plus autem est, conseruari cum dyscolo, quam appropinquare ei: declinandã est ergo conuersatio cum talibus. Quod non solum de æqualibus intelligendum est, sed etiam de senioribus & maioribus, si mores eorum ætati maturę nõ correspondant. Inueniuntur enim quandoque senes, ad eod liberi, & in deuoti & non spirituales, ut timeda sit magis ac declinandã eorũ conuersatio, quam iuuenum & equalium. Et dũ te inuitabunt ad aliquid, Regulis & uoluntati Superiorum repugnans, sequendum est hac in re monitum quod dedit S. Ioannes Climacus cetera potum uini: Vidi, inquit, nonnunquam, illusione demonum, seniores aliquos, benedictione suã iuuenes

Prou. 6. 12.

1.1 c. 284.

epist. 7.

ser. 66 in Cant.

de cast. con. c. 25.

ser. 60. Itai. 34. 15.

de cast. con. c. 15.

1.2 p. 2. cap. 11.

1.4. Cor. 1.4. Sid. c. 4.

1. Reg. 17.

Or. 1. de peccat.

1.4. E. cap. 14.

1.7. Epist.

1.4. E. cap. 14.

gr. 14.

nes

nei non sibi subditos, ad potandum vinum, atque ad remittendam abstinentiam hortari. His si fuerint probata vna atque auctoritatis, habuerint, testimonium in Domino, obtemperandum est, moderatè tamen: si verò negligentiores sint, huiusmodi illorum benedictionem non curemus. Atque potissimum, si adhuc carnis ardoribus infestamur.

Quintò, perniciosus quoque defectus irridendi alios, siue seriò siue ioco, summoperè vitandus est, præsertim si irrideantur ij, qui vel mutarunt vitam in melius, & liberius agere desierunt, vel se mortificant publicè cum Superiorum licentiâ, vel de rebus piis loqui solent, & religiosius viuunt, ac Regulas seruant, vel in quorum agendi modo simplicitas quedam elucet. Grauis afflictio viri iusti est talis irrisio: quocirca etiam à Sanctis ægrè toleratur. Hinc S. Ieremias Propheta à Deo missus, & vaticinari iussus, vti obseruauit S. Chrysostomus, cum ab audientibus subsannaretur, totoq; die rideretur, cogitabat ab illâ prophetiâ desistere, mirum humanò quodam affectu victus, sannas & conuicia perpeti non valens, ait: Factus sum ridiculus toto die, dixi: Non loquar, neque nominabo nomen Domini, & factus est in me velut ignis ardens, atque estuans in ossibus meis, ac dissoluor vndique, nec possum ferre. Abstinentium est igitur à talibus irrisionibus & iocis. Talibus iocis qui sunt deliti, sunt hæredes filiorum Heli (qui retraherant homines à sacrificio Domini) à Deo grauissimè punitorum vnâ cum patre, qui eorum impudentiam non tam acriter, vti oportebat, compefcuit. Qui enim piè à domesticis gesta irridet, & sermones de iis instituunt, valdè retrahunt alios à vitæ sanctioris studiis. Nec enim omnes, qui piè volunt viuere in Christo, statim sunt adeò fortes & generosi in obsequio Domini, vt linguas & humanos respectus contemnant, sed ob illos multa vel aggredi non audent, vel inchoata deserunt ne sint aliis ludibrio, & (vt dicitur) fabula domicilij, & producantur in scenam.

Damnabat Seneca etiam illos iocos, quos aliqui vrbanitatis loco habent, si iis alij offenderentur. Quidam, inquit, vrbanitatem nesciunt continere, nec periculosos abstinent salibus. Periculosos vocat, quia sapè bilem in aliis commouent, & quia, vt obseruauit S. Chrysostomus, Punctione læsi concipiunt odium, iratq; cogitant de vindicta. Clemens Alexandrinus, à nobis vult abesse, irridere à quo primùm incipit contumelia, ex quibus lites pugna, & inimicitie erumpunt. Si enim cum Sanctis vel maxime conuersari præcipitur, Sanctum irridere, peccatum est. Scurris relinquendi sunt tales ioci, & risus huiusmodi. Quanquam Aristorelis sententiâ, scurra est is, qui neque aliis neque sibi parcat, modo risum moueat: sed scurra peior est, qui imitatus Michol, pium Davidis coram Arcâ saltum irridentem, in iocos vertit, & risu exagitat, actus religiosos, se meliorum. Quocirca sicuti cum plausu in Theatro Romano, dixit Publius Sy-

rus, illud Senariolum: Amicum ledere, ne ioco quidem licet; multò minus licet, ledere amicum Dei, irridendo, ab eo benè gesta in laudem Dei: immo ipsum Deum ledere: tum quia ipse Deus petitur, dum opera quæ ipse per auxilia gratiæ in suis operatur magis quàm ipsi homines operentur, irridentur: tum quia dixit: *Qui tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei*, tum quia opera bona quæ in quibusdam irridentur, ne similia ab aliis fiant, veluti infantes in vtero prægnantium, necantur. Ideò inter signa hominis impij, numerat B. Laurentius Iustinianus, hanc deridendi De cast. alios consuetudinem: *Omnem abhorret correptionem, monita salutis non audit, bonorum declinat consortia, si quem suis peruersis moribus viderit contrarium, deridet & spernit. Vnde de ipso veraciter diuinus sermo testatur, dicens: Impius cum venerit in profundum malorum contemnit. Habet quidem rationem intus clamantem contra se, habet syncretismum murmurantem, habet conscientiam quamuis præoccupatam & obsecratam, habet gratiam cordis pulsantem ostium, habet eloquia sancta, quæ illi ad bonum suadent. Sed vniuersa hæc, obseratis sensibus audire dissimulat, nec iuxta Propheta vocem intelligere vult, vt benè agat. Et vt detriph. alibi ait: Ne degener ac indignus quisque malus appareat, virtuti derogare non cessat. Ed autem sit quisque deterior, quo importunius virtutem publicè impugnare præsumit. Quod non est paruipendendum, etiam ex hoc capite, vt docet S. Thomas, Derisio 2. 2. q. 75. a. 2. alterius grauius peccatum est, quàm contumelia. Quia contumeliosus, videtur accipere malum alterius seriò, illusor autem in ludum: & ita videtur maior contemptus esse & de honoratio. Et secundùm hoc, illusio est graue peccatum, & tantò grauius, quandò maior reuerentia debetur personæ, quæ illuditur. Vnde grauissimum est irridere Deum, & ea quæ Dei sunt &c. Deinde iustorum derisio grauis est: quia honor, est virtutis premium. Et contra hoc dicitur: *Deridetur iusti simplicitas. Quæ quidem derisio valdè nocina est: quia per hoc homines à benè agendo impediuntur, iuxta illud Gregorij: Qui in aliorum actibus bona exoriri respiciunt, mox ea manu pestifera exprobrationis euellunt. Hæc ibi S. Thomas. Idem explicans illud Gen. 19. 16. Dissimulante illo (scilicet Lot) apprehenderunt manum eius (Angeli) eduxeruntq; eum. Cur: quia visus est eis (genetis) quasi ludens loqui: seu, vt est in Hebræo, fuit ridiculum in oculis generorum suorum. Fortè, inquit S. Thomas, ex irrisione generorum suorum obscurata fuit fides Lot, quia non plenè crediderat initio, perdendam illam ciuitatem à Deo, prout ei prædixerant Angeli. Si ergo irrisio, etiam in Sanctis, fidem labefactat, multò efficacior erit ad debilitandam virtutem imperfectorum, etiam Tironum, si à senioribus irrideantur. Quocirca meritò S. Gregorius derisionem bonorum operum appellat *pestiferam exprobrationem*. Sic & Spiritus sanctus derisorem *Pro. 19. 25.* vel illusorem vocat pestilentem, iuxta versio- nem Septuaginta: cum in Hebræo sit *Leis*, ex *Luis*, quæ vocula derisorem significat, vti hoc loco**

¶.10. loco vertit Chaldaeus. Vnde Prou.22. vbi dicitur, in nostra vulgata: *Et ecce Derisorem, Septuaginta verterunt, pestilentem;* qui tam est noxius Communitati, vt Spiritus S. ad tranquillitatem Reipublicae conciliandam, Principem monitum voluerit, vt etiam si vnus tantum talis esset in aliqua Republica, non toleraretur. *Et ecce, inquit, derisorem, & exibat cum eo iurgium, cessabantq; causa & contumelia.* ex scilicet, quae a talium derisorum linguis feminantur, dum meliores se suis salibus iocis, & derisionibus perstringunt. Haec enim est proprietas talium: quia, vt dicitur Proverb.14. *Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo qui insani graditur via.* Nec tantum despicitur, sed, vt ait Iob, deridetur: *Deridetur, inquit, iusti simplicitas.* Quae verba ponderans S. Gregorius, Haec, inquit, iustorum simplicitas deridetur, quia ab huius mundi sapientibus, puritatis virtus fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis procul dubio stultum putatur, & quidquid in opere veritas approbat, carnalis sapientia satuum sonat. Tales homines S. Iohannes Climacus, hostes Dei appellat, qui praecepta Dei (idem iudicium proportionem quadam de diuinis ferendum est consillis) non solum repulerunt, atque a semetipsis abiecerunt, verum eos quoque validissime oppugnant, qui ea perficere contendunt. Et S. Bernardus, Herodiana, inquit, malitia, & Babylonica crudelitas est, nascentem velle extinguere religionem, & allidere paruulos Israelis. (Isti sunt iuuenes in religione, volentes se mortificare) si quid enim ad salutem pertinet; si quid religionis oritur, quicunque resistit, quicunque repugnat, plane cum Aegyptiis paruulos Israelitici gemitus necare conatur, imò cum Herode nascentem persequitur Saluatorem. Credo si quis consensit huius rei, studiosius sibi cauebit de cetero, & Herodianum execrabitur animum, ne similem exitum sortiatur. Et ne sit instrumentum diaboli. Consuevit enim, inquit B. Laurentius Iustinianus, ipse nequam spiritus, minus graues & amore Dei vacuos ad irrisionem commouere simplicitum, verbo aut gestu, quatenus perturbet animarum puritatem, simpliciter conuersantium, faciatq; illos simplicitate ommissa, omittente in boarium hominum, aut perpetrare quod oderunt malum. Diabolicum est sumentum hoc, & prorsus charitati contrarium. Non enim alteri irrogare debet quis, quod sibi ipsi sit intolerabile. Hoc natura lex madaat, hoc charitatis Christi iura volunt, vt illud proximo praebeatur quod erga se quisque fieri gauderet. O bona charitas! tu irridere nescis, & subannare quempiam, vehementer formidas. In proximo Christum semper videre meditaris, & fratrem tanquam te amare consueuisti. Nullum irritas, nullum confundis. Qui vero proximo suo irrisiones irrogare non metuit, diaboli instrumentum, & tuo indignum se scire contuberno. Quocirca mirum non est, a mo destitissimo S. Carolo Boromaeo inter Institutiones Seminarij a se fundati, hanc quoque, his ipsi verbis esse positam: Nullus tam sit impius, vt alios pie agentes aliquid vituperare audeat, & demonis officio fungens, eos ad operibus virtu-

tum conetur abducere. Antiquior est huius defectus & grauior censura apud S. Ephraem in preceptis de recta ratione viuendi, *Qui bonis operibus incumbentes irridet, se diaboli ministrum praebet, atque illius obsequitur voluntati, nec gaudium illud inueniet, quod seruis Dei paratum est.* Malus status est illius qui fit ob irrisionem aliorum, minister diaboli: diabolus enim tales adhibet ad irrisiones aliorum, quia si per se id faceret, facile abigeretur; sed dum per homines, maxime per domesticos, diabolus id facit, magis turbatur qui sic irridetur a sociis, & difficile talibus resistitur. Hinc Beatissima Virgo Maria praemonens Episcopum quendam, recte viuere cupientem, inter tria difficilia, quae ei se offerrent in via ad caelum, primo loco ponit, quod sit via arcta. *Quid vero, inquit, significat via arcta nisi malitiam hominum praetoriam, contra iustos, qui derident opera iusta, & deprauant vias, & monita iustorum recta, & quidquid humile & pietatis est parupendunt. Contra tales homines induat se Episcopus veste patientiae & constantiae.* Qui hoc vitio laborans, incorrigibilis sunt iudicio S. Ildori Pelusiotae: *Quoniam pacto, inquit, consilio vllis castigari ac meliores effici queant, qui etiam prudentes viros irrident?* Maxime enim prudentes sunt, qui magis curant Deum quam homines, nil mali faciendo propter respectus humanos, nil boni omittendo. Quod etiam Deus Pater S. Catharinae Senensis cum magna exageneratione dixit, perstringens malos religiosos, & cum furore suo venenosè corrumpunt intus & extra. Isti promiserunt Ordinem obseruare, sed in facto miserabili modo transgrediuntur (loquitur de transgressionem votorum, & de aliis peccatis grauib; Religiosorum personalibus: Et volens ostendere, quam perniciosiores sint aliorum irrisiones, quia aliis nocent, & alios perducunt ad peccata, subdit) *Immo quod est valde peius, non solum ipsi transgrediuntur Ordinem, scilicet vt lupi rapaces insurgunt & persequuntur bonos & humiles, qui Ordinem (id est Regulas) volum; obseruare, faciendo super eos trusas (polonicè, Seyderztvva) atque derisiones, existimantes ex his derisionibus, quibus obseruatores Ordinis ita persequuntur, suam propriam cooperuisse miseram vitam, sed ex hoc aperitis ipsi patefaciunt illam, & ideo tot inconuenientia in Sanctis Religionibus occurrunt.*

Ad hoc caput referenda est alia irrisionis species, qua non virtutum functiones, sed alia in socio carpuntur, per dicitria seu scommata, quae, vt ait Macrobius, sunt morsus figuratus, qui saepe fraude vel vrbauitate tegitur, vt aliud sonet, aliud intelligas, & tectam intra se habet iniuriam, & saepe contumeliam collatam. Talia scommata iniuriosa sunt. Ideo S. Chrysostomus, *Mordere, inquit, commatis procul est a Christiano. Si res ista bona est & honesta, vt quid mimis iniungitur? sis mimus & nihil pudeas. Linguam habes, non vt alios salibus mordeas, sed vt Deo gratias agas.* Solet, inquit S. Valerianus Episcopus

Prou. 22. ¶.10.

¶.2.

I.10. mor. cap. 15.

gr. 1. init.

¶.3. de E. piph.

de disc. & perf. mon. con. c. 13. col. j.

pal. 3. c. 3.

num. 17.

1.3. Reu. Bigit. c. 1.

Jan. 9. 34.

Epist. 76.

cap. 14.

Luc. 11. 24. 9.

h. 17. Epist. in moral.

hom. 6. pisco.

piscopus Cemelenſis, nimia oris ſacra excitate
 motus amicorum, & ſermo latitia accinctus, recipro-
 cum parare conuuiuium. Sic denique ſcintilla quæuis
 parua ſtammas euomit, & ex nihilo exorta, magna
 frequenter mouet incendia. Sed qui ridentur à tali-
 bus, non recedant à bonis quæ inchoarunt, ſo-
 lentur ſe inprimis Dei promiſſo, dato per Iob:
 Quis deridetur ab amico ſuo, ſicut ego inuocabiſ Deum,
 & exaudiet eum. Quia, vt loco citato ait S. Grego-
 rius, Bonorum menti, dum prauis exprobrant, oſten-
 dunt, quem ſuorum actuum teſtem querant. Quæ mens,
 dum compuncta ſeſe in precibus accingit, inde intra ſe
 ſuperne exauditioni iungitur, vnde extra ſe, ab huma-
 na laude ſeparatur. Et illum facit humana deriſio Deo
 proximum, quem ab humanis prauitatibus, vitæ inno-
 centia ſeruat alienum. Contingit talibus qui deri-
 dentur, & quorum conuerſatio ſubterfugitur,
 quod contigit cæco illi, à Chriſto illuminato;
 quem cum ludæi cieciſſent, quia Chriſtum lau-
 dabat, & ab eorum conuuiuiis defendebat, poſt-
 quam Ieſus audiuit, quia eiecerunt eum foras,
 cum inueniſſet eum, inſpirauit ei veram fidem,
 & docuit, vt crederet eum eſſe filium Dei. Se-
 quantur ſic iriſi conſilium Senecæ, expendentis
 iudicia de aduentibus diſſertationes Philo-
 ſophicas: Hi, inquit, plerique videntur, nihil boni ne-
 gotij habere quod agant; inepti & inertes vocantur.
 Mibi contingat iſte deriſus. Aequo animo audienda
 ſunt imperitorum conuiſia, & ad honeſta vadeni, con-
 temnendus eſt iſte contemptus. Præſertim quia ſic
 contempti Deo ſunt cordi.

Secundo, ſoletur ſic iriſis à diſſolutis linguis,
 id quod ſcribit S. Iohannes Climacus: Non tunc
 nos patientia deditos aut virtuti exiſtimemus, cum Pa-
 tris (ſcilicet Superioris) obiurgationes tulerimus, ſed
 cum à cunctis hominibus contempti, etiam verberibus
 affecti conſtanter tolerauerimus. Bibe ſummâ alacritate
 obiurgationes ac irriſiones, à quouis homine tibi pro-
 pinatas, non aliter quàm aquam vitæ: potare enim te
 queris ſalubri potione, per quam omnis animi laſciua
 & luxuria purgetur. Nam huiusmodi hauſtu, reuerſa
 oriatur intima & profunda caſtitaſ in animâ tuâ, lux-
 que Dei candidiſſima, ex corde tuo non deficiet. Et
 Chriſtus Dominus in horâ mortis ac Iudicij,
 ſolabitur eos, qui irriſionibus non cedant, ver-
 bis illis: Vos eſtis qui permansiſtiſti mecum in tentati-
 onibus meis: ego diſpono vobis regnum, ſicut diſpoſuit
 mihi Pater meus, vt edatis & bibatis ſuper menſam
 meam in regno meo, & ſedeatis ſuper thronos iudican-
 tes 12. tribus Iſrael. Magnum eſt hoc præmium.
 Eius ergo ſpe, ſed magis diuinæ voluntatis a-
 more, contempnda ſunt irriſionum iacula,
 propoſita menti diuinâ voluntate, nos in curſu
 virtutum perſiſtere iubente. Dicam quæ, dixit S.
 Chryſoſtomus hom. 26. ad pop. Qui vult rideat,
 qui vult ſubſannet, ad hoc poſiti ſumus vt derideamur
 & ſubſannemur & omnia patiamur, purgamenta
 mundi ſumus, iuxta B. Paulum: Hoc verorum Chriſtia-
 norum, hoc germanorum Monachorum eſt, inquit S.
 Theodorus Studita, perpetuò inſtructos eſſe, ad diſ-

crimen pro virtute, nec diuino præcepto quicquam anti-
 quus ducere. Tali in virtute conſtantia, præparat-
 ur animus ad cruenta martyria. Ideò irriſa à
 ſæculi hominibus Demetrias, à propoſito caſ-
 titatis nolens recedere, ſic ſe excitabat, teſte S.
 Hieronymo: Quid agis Demetrias: libertate opus eſt
 & audacia: quæ ſic in pace meruiſti, quid faceres in mar-
 tyrio perpetiendorum? rumpe moras: perfectæ Dei dilectio,
 foras mittit timorem: procede ad prælium. Prima vir-
 tus eſt Monachi, inquit idem S. Hieronymus, con-
 temnere hominum iudicia, & ſemper Apoſtoli re-
 cordari, dicentis: Si hominibus placerem, Chriſti
 ſeruus non eſſem. Sed inquires, habent me pro ſulto,
 pro Nouitio, pro puero, quòd rebus iis inſi-
 ſtam, in quibus Nouitij exercentur. Habeant fa-
 nè te pro ſulto: ſed vt ait S. Paulinus, Si ſultum
 putant eſſe quod gerimus, gratulare conſcius tibi, quia
 opus Dei & præceptum Chriſti geris: & reminſcere,
 quoniam ſulta mundi elegit Deus, vt confundas ſa-
 pientia: & quoniam, quòd ſultum eſt Dei, ſapientius eſt
 hominibus. Talibus autem velle purgari, idem eſt, quòd
 poſſe Chriſtum ipſum negare: qui erubeſcentes nomen
 ſuum coram hoc mundo, erubeſcunt inuicem coram Pa-
 tre conſiteri ſuo. Denique etiam hac in re, locum
 habet doctrina Senecæ, ſuadentis, non curare
 iudicia & linguas malas, bona improbantium
 & deridentium. Male, inquit, de te loquuntur ho-
 mines, ſed mali. Moueret, ſi de me M. Cato ſi Lælius ſa-
 piens, ſi alter Cato, ſi duo Scipiones iſta loquerentur.
 Nunc maluſ diſplicere, laudari eſt. Non poteſt vllam au-
 thoritatem habere ſententia, vbi qui damnatus eſt, dâ-
 nar. Male de te loquuntur: Moueret, ſi iudicio hoc face-
 rent: nunc morbo faciunt; non de me loquuntur, ſed de
 ſe. Male de te loquuntur: bene neſciunt loqui. Faciunt,
 non quòd mereor, ſed quòd ſolent. Quibusdam enim ca-
 nibus ſic inmarum eſt, vt non pro ſeritate, ſed pro con-
 ſuetudine latrent. Caueant ergo deriſores virtu-
 tis, ne canes imitentur, qui etiam innocentes, à
 quibus irriſati non ſunt, latrando inuadunt, &
 impediunt, ne bonum iter expediti proſequan-
 tur. Ad hanc improborum claſſem, qui ſuos
 Magiſtros irridunt, & eorum doctrinam vel
 docendi modum carpunt, & ſi hoc ij reſciant,
 occaſionem præbent inſti mætoris, & vt lan-
 gueant in docendo & preparandis lectionibus.
 Vt enim bene ſcripſit S. Iſidorus Peluſiota, Boues
 iis quibus os caro non coërcetur, alacrius meſſem con-
 ſiciunt: qui autem laboribus ſuis frui prohibentur, ſegni-
 tie torpent, ac laborem auerſantur. Eodem modo Magi-
 ſtri, cum per inobedientiam & contumaciam minimè
 ipſiſ contumelia inferunt, laſis animis labores ferunt.
 Cum autem nullum ſuſceptorum laborum fructum
 perſpiciunt, eos incaſſum docere piget.

Sextò, fugienda eſt maximè, omnis particula-
 ris amicitia cum vno vel cum pauculis, non per-
 ſectè viuentibus, coniuncta præſertim cum a-
 uerſione à magis ſpiritualibus, & cum fugâ ſeu
 declinatione conuerſationis eorum, præſertim
 ſi talis amicitia familiaris ſit inchoata & exer-
 citata ob corporalia motiua. Grauiſſimè hanc
 rem

præcidatur non autem, ut ab admonitionibus, legitimisque multarum impositionibus desistatur. Videtur quidem, inquit S. Teresa, excessus in charitate, nullum inter nos damnum adferre posse; tantum tamen damnum imperfectionis secum trahit, ut neminem id credere mihi persuadeam, nisi qui suis id oculis perspexerit. Hic namque diabolus intricatissimas excitat tricas, quæ in conscientia eorum, qui non nisi rudi quodam modo Deo placere & seruire student, parum aut vix sentiuntur, adeo, ut hoc etiam virtutem esse putent: at qui perfectioni comparandæ intendunt, id optime intelligunt. Hoc namque voluntati, suam paulatim robur eripit, ne illa se Deo amando totam impendat: communitati verò quam evidentissima damna creat. Inde, si, ut si qua, persona amate irrogetur iniuria, amans eam, quodam modo sentiat: delictosi ad hæc aliquid sibi desideret, ut id in amatam conferat: tempus denique capiet, ad colloquendum cum eâ, id, sæpius magis ad indicandum illi, quanto in ipsam amore feratur: & alias id genus nugas, quam ut ipsa Deum diligat. Raro enim huiusmodi arte amicitia aut familiaritates, eò tendunt, ut vna alteram magis in Dei amore promoueat: immò verò idcirco eas à demone induci credo, ut schismata & factiones in Religione excitet. Cum enim amicitia ad Diuinæ Maiestatis obsequium dirigitur, statim id apparet, & tunc voluntas nulla trahitur passione, sed inquirunt mediâ & consilia, ad expugnandos omnes inordinatos affectus. Et quidem tales bonas amicitias, sine inordinato affectu excitatas, & mutuan perfectionem promouentes, multas videre vellem, vbi multe persona habitant, sed in hac domo, in quâ plures quam tredecim non sunt, inuicem omnes amice esse, inuicem diligere, amare se mutud omnes, & altera alteri opitulari debet. Per amorem itaque, Dei, vos rogo: à singularibus hisce, quâuis ea sancta sint, abstinete: cum etiam inter fratres venenum hoc reperire sit. & nullum omnino in eo commodum video. Si verò consanguinei inuicem sint, longè etiam deterius est, atq; adeo pestis terribilissima est. Et mihi credite, charissime, etsi hoc vobis parum quid esse videatur, magna tamen in eo sita est perfectio, & summa pax, & plurima peccandi occasiones per hoc auferuntur iis, quæ parum firmæ sunt. Itaque si voluntas magis in hanc quam illam propendat (quæ sæpè nos impellit ad diligendam, idq; deterius est, si pluribus naturalibus dotibus sit ornata) nostrum est, acriter ei resistere, & nullatenus permittere, ut hac nobis affectio dominetur. Sed amemus virtutes, & bonum internum, & semper omni, quâ possumus iurâ & studio caueamus, ne externum hoc, aliquo in pretio habeamus. Non patiamur, charissime, ut voluntas nostra, alicuius sit mancipium, nisi illius duntaxat, qui illam, pretioso suo sanguine sibi emit. Sed quamuis nulla aliâ mala hominibus nota, & à Sanctis supra citatis commemorata, adferrent tales amicitias, quamuis nulli scandalo essent, vitandæ tamen essent religiosis duas alias ob causas.

Prima, Quia talis charitas est immeritoria, Nam, ut docet S. Thomas, Tunc dilectio amicorum, apud Deum mercedem non habet, quando propter hoc solum amantur, quia amici. Hoc ipsum videtur Christus Dominus prius docuisse: Si diligitis

eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis: Eodem Spiritu ductus S. Gregorius Papa scriptum reliquit: Sunt, inquit, nonnulli, qui diligunt proximos, sed per affectum cognationis & carnis (vbi sunt cognati, eiusdem patriæ ciues) quibus tamen in hac dilectione sacra eloquia non contradicunt: sed aliud est, quod sponte impenditur natura, aliud, quod præceptis Dominicis, ex charitate debetur obedientiæ. Hi nimirum & proximum diligunt, & tamen illa sublimia dilectionis præmia non assequuntur, quia amorem suum, non spiritualiter sed carnaliter impendunt. Et ita Deus Pater Sanctam Catharinam Senensem docuit: Velit nolit, homo compellitur, ut cum proximo suo iungatur, charitatis actu. Si tamen actus huiusmodi non sit intuitu meo, quantum ad gratiam, nihil ei prodest. Sic & B. M. Magdalena de Pazzis in quodam raptu existens dixit: Qui exercet charitatem procedentem à natura tantum, & ex instinctu virtutis moralis, non consequetur meritum veræ charitatis. Quia veræ charitatis fundatur in amore diuino, & in exercitiis, quæ solum sunt propter Deum. Quâ occasione notanda est præclara doctrina S. Teresæ (suis Montalibus loco citato data, de duplici amore, quorum vnu totus & merè spiritualis est, cui nulla omnino sit sensualitas permixta, aut natura nostra teneritudo, saltem talis, quæ illius puritatem aliquatenus auferat. (quem alio in loco, eadem Sancta ait, reperiri in paucissimis) Alter spiritualis quidem est, sed simul aliquid sensualitatis & imbecillitatis permixtum habet. Et hic amor bonus & licitus videtur, qualis est is, qui inter cognatos & amicos reperitur, de quo aliquid (illum improbandum) antea locuta sum. Hic in presens agere volo de altero illo, qui ita spiritualis est, ut nullus omnino intercurrat inordinatus affectus. Quem amorem, si cum moderatione & discretione exercueamus, quicquid in eo est, meritorium est. Nam quod nobis esse videtur sensualitas, in virtutem commutatur. Quamquam hæc ipsa ita subtiliter aliquando ei immixta & intenta est, ut vix agnosci & percipi à quopiam possit, præsertim si amor hic erga aliquem Confessarium sit. Quando enim illi qui orationi addicti sunt, illum bonæ esse vitæ, & suum agendi procedendique modum, ab ipso intelligi vident, magnum quandam erga eum amorem concipiunt. Atque hic demon per scrupulos agit, ut anima Confessarium, à quo ad maiorem perfectionem ducitur, deserat, sub specie metus, ne illum inordinatè amet. Tunc ergo sollicitè procurete, non occupare cogitationem inquisitione hac, an illum diligitis necne, sed si diligitis, diligite. Si enim ad illum amandum excitamur, qui corpori nostro beneficit, cur non diligamus eum, qui ad animam nostram benefaciendum semper excubat & adlaborat: immò verò, velut in igne magni progressus faciendi principium duco, Confessarium amare, qui, si sanctus & spiritualis sit, strenuè allaboret & innigilet, ut animam meam in viâ spiritus promoueat. Hoc enim nos magnopere iuvat, ad magna quadam, ad Dei honorem & obsequium spectantia, peragenda. At si Confessarius talis non sit, res periculo non vacat, & fieri potest, ut non parùm noceat, si se diligere intelligat, & quidè

magis in Monasteriis arctissime reclusis, quam in aliis. Et tunc consultius foret, nos ita gerere, ut is se à nobis diligere non percipiat. Secus faciendum, si omnia verba Confessarii, & colloquia ad animarum suarum promotionem in bono tendere videant, nullaque signa in eo vanitatis aduertant, sed eum timoratum esse noent.

Secunda causa vitandi tales amicitias (et si nulla alia parerent mala, uti verè pariunt) est, quia impediunt influxum diuinarum gratiarum. Hanc enim ob causam, nec Apostoli poterant impleri copiosioribus Spiritus sancti donis, quia Christi humanitatem nimio affectu, et si puro, amabant. Qua de re ita S. Bernardus: Si Apostoli, carni Dominica inherentes, qua sola sancta (quia Sancti Sanctorum erat) Spiritu sancto repleti nequiuissent, donec tolleretur ab eis, tu carnis tue (idem autem multò magis dicendum est de affectu erga alios nimio) astrictus, & conglutinatus, illum meracissimum Spiritum, te putas posse suscipere, nisi carnis istis consolationibus funditus renunciarè tentaueris? Idem alibi repetit. Et S. Thomas, Corporalis, inquit, presentia Christi, poterat esse nocua, quantum ad dilectionem, quia eum non solum spiritualiter, sed etiam carnaliter diligebant, conuersantes cum ipso corporaliter. Et hoc est, de imperfectiōne dilectionis.

Quocirca, ut obseruauit S. Chrysostomus, Christus post Resurrectionem non est versatus cum discipulis, quadraginta diebus, sed per quadraginta dies: aduolabat enim, ac deuolabat rursus. Cur ita tandem? subducebat animos illorum ad altiora; nec patiebat illos similiter erga ipsum sic affectos esse, quemadmodum prius fuerant. Si quidem (ut subdit infra) sic erant affecti, ut admodum egrè ab illo diuellerentur, vnde & consolans illos dicit: Expedi vobis, ut ego discedam. Quapropter abigendus est à cordibus nostris hic peculiaris & nimius amor, & iuxta monitum S. Basilij: Quemadmodum Deus promiscuè lucem omnibus imperitur, sic imitatores Dei, charitatis ipsorum radium equaliter communicare omnibus debent; quandoquidem vbi deliquit, patitur charitas, ad prorsus, eius loco, odium succedit. Sed et si hoc non succederet, tamen, ut ait S. Chrysostomus, Quid proderit, quòd aliquem vehementer amas? Humana est ista dilectio: Si verò non est humana, sed propter Deum diligis, dilige omnes. Nam Deus ita praecepit, ut & inimicos quoque diligamus. Si enim inimicos diligere praecepit, quantum magis eos, qui te non contristant? sicut autem amicitia: particulares, non fundata in virtute, sunt fugiendae; ita & modi loquendi, redolentes fetorem talium amicitiarum.

Idèò sancta anima, hoc maximè vitant. De sin. diuin. S. Gertrude Virgine scribitur: Cauebat maximè in verbis, ne cuiuscunque hominis cor sibi attraheret, ne in eius se amicitiam insinuaret, vnde quatuor post occasione, à Deo retraheretur. Omnem enim amicitiam humanam, cuius aduertere potuit causam fundamentumque non esse Deum, ut virus le-

thale horrebat. Vnde pro Dei adèò zelata est amor sincerissima hac eius electa, ut ne vnum verbum tollerare equanimiter potuisset, quod humanum sensumque redoleret amorem. Nam licet maxime eguisset, obsequi tamen ac beneficis cuiuscunque maluit carere, quam admittere, ut humano secum fauore cor fuisse cuiuspiam occupatum. Quocirca merito S. Irena. per. Terecia suas Moniales monuit: Non est, inquit, cap. 10. iam tempus, charissima, crepundia & puerilia, hoc est, mundanas amicitias (esto etiam bona esse videantur) tractandi: neque talis inter nos lingua audiri debet, aut inueniri: Diligis me: vel, Non diligis merid- que ne quidem cum consanguineis, neque cum alio quolibet: nisi vobis illa amicitia ad sublimem aliquem finem, & profectum animae illius referantur. Eteri enim potest, ut quòd frater tuus, aut alius de consanguineis tuis aut huiusmodi, aliquam veritatem audiat & admittat, talibus eum necesse sit verbis, & amoris signis, que sensualitati semper placent, ad eam disponere. Et fiet non raro, ut beneuolium aliquod verbum pluri hi faciant, & melius per hoc disponendi sunt, quam per multa verba, que initio de Deo adferuntur: & talia ei postea gratiora sint, & melius sapiant. Quare talia verba, in tali occasione, idque caute prolata, scilicet, ut per ea bonum aliquod fiat, non veto: at, si ad tale quid non referantur (prout non referuntur inter eos, quorum amicitie sunt fomenta violationis Regularum, & clandestinorum conuentulorum) nullum inde bonum, sed ingens malum sequi potest ac solet. Non noua est hæc doctrina, quia & S. Polycarpus Martyr, Episcopus Smyrnenus, in sua epistola ad Philippenses, inter alia præclara monita, dat hoc quoque: Ut diligant omnes equaliter in omni continentia. Non quòd non diligendi sint magis, qui meliores verè apparent, sed quòd abstrahendo à maiore virtute, & maiori- bus beneficiis, ob communia omnibus motiua, æquali sint omnes Christiana charitate amandi. Alioquin uti Deus magis meliores diligit, ita & nos, in hoc Deum possumus & debemus imitari, immò libentius cum melioribus versari: ita tamen, ne subdole, nimius amor (de quo supra tractatum est) & veluti carnalis se ingerat: præsertim si personam amatam gratia sermonis, & pulchra species corporis vel vultus commendet.

Quod si queras, vnde nimius & particularis amor à Sanctis vetitus dignoscatur? Respondeo, cum B. Laurentio Iustiniano: Hic amor, cum in corde imprudentis exortus, radices mittit ac pul- lulare caperit, corporalem querit dilecti presentiam, cum eodem cohabitare, cum eodem loqui desiderat. Sicut autem ex ipso gaudet aspectu, ita absentia contristatur: solus vult cum eo, quem sensualiter diligit, loqui: Solus cum eo conuersari, quia in illius mente habitare iam cepit. Litore quippe inuidia accenditur, si quempiam ab eodem diligi, & cum eodem conuersari, perspexerit. Absentiam etiam ipsius, magnam sibi delectationis iacturam aestimat. Sicut enim amat singulariter, ita & quærere vult: atque

f. 3. de Ac-
conf.

f. 6. de Ac-
conf.
in 3. d. 22.
q. 3. a. 1. ad
3.

h. 1. in A-
ta.

f. 1. citato.
& or. 1. ex
congest.

l. 1. c. 7. in
piet.

Greg.
dial. c.
Her.
4. Bal.
ful. ful.
37. 38.
l. 1. de
n. 8.
c. 1. &
l. de m.
mon. c.
4. 12. n.
Chry.
14. mo.
moth.
16. d. l.
epist.
Casil.
l. 1. c. 1.
l. 1. c. 1.
8. 9. 10.
Palin.
l. 1. c. 1.
18. 19.
Thaco.
bill. r.
c. 1. 10.
39.
Tutic.
1. vit.
Xau.
Oit. l.
bill. S.
uum.

caco seductus errore, ignorat se vesano amore percussum.

Septimo, Negligentia in expediendis officiis domesticis (vt vocant) manualibus. qua inuigilantur, obeunda in culinâ, triclinio, & aliis in locis, per laborem manuum, vitanda est. Neque hic defectus est parui momenti: quia, vt scribit S. Bonau. Cura officij diligens maxima status integritas. Neglectus officij, maxima vita corruptio, maxima religio deformitas. Quod et si de rebus ad cultum immediatum Dei spectantibus, præcipue intelligendum est, suo tamen modo, pertinet etiam, ad quæuis officia religiosa, & manualia, vt sunt, quæ in culinâ, triclinio, in ambulaeris verendis, lucernis accomodandis, fenestris suo tempore claudendis & aperiendis, vestibus, ollis & aliis locis purgandis, suscipiuntur. Qui enim negligenter ista & his similia expediunt, certissimum præbent suæ tepiditatis indicium. Quia feruentes in obsequio Dei, non tantum diligenter, sed etiam feruenter obeunt talia officia, quia ea suscipiunt, non tanquam ab hominibus iniuncta, sed tanquam ab ipso Deo imposita. Ideo S. P. N. Ignatius, vt scribit Maffei, cum quendam in tradito sibi munere valde remissum atque otiosum inuenisset, quæsiuit ex eo, cuiam in tali ministerio operam daret, Deone an hominibus, cum ille se Deo vtiq; deseruire dixisset, plerumq; igitur, inquit Ignatius, nam in rebus humanis, minus accurate versanti, iure forsitan ignouerit quispiam, at immortalis Deo ministrare negligenter, id verò nullo pacto seruandum est. Ideo huiusmodi officia vilia, manualia, famulorum, & laicorum proptia, summo seruore & diligentia accuratissima obibant, magni Sancti, & antiqui & recentiores. S. Equitius Abbas, teste S. Gregorio, S. Martinus Episcopus, S. Fulgentius Abbas, S. Malachias, S. Ioannes Damascenus, S. Antonius, S. Bernardus, S. Franciscus, S. Clara, S. Catharina Senensis, & innumerabilij, testibus SS. Hieronymo, Basilio, Augustino, Chrysostomo, Iudoro Pelusiotâ, Casiano, Palladio, Theodoro. Et in nostrâ Societate hoc ipsum commendari scimus à Scriptoribus vitæ S. Xauerij, Ioannis Nonnij Barrethi Æthiopiæ Patriarchæ, B. Aloysij Gonzagæ & aliorum. Sciebant enim verum esse id quod scribit Cassianus: Laborem carnalem, spiritus contritioni coniunctum, acceptissimum Deo esse sacrificium, dignumque sanctitatis habitaculum puris muneribus, disque recessibus exhibiturum. Refert Ludouicus Mosius, in Monili spirituali, S. Gertrudi Dominum dixisse: Quemadmodum præpotens aliquis Imperator, non solum gaudet habere in palatio suo, delicatas, ornatasque puellas, sed etiam constituit & ordinat Principes, Duces, & milites, aliosq; ministros, diuersis operibus aptos, qui semper parati sint ad negotia eius peragenda, ita & ego, non solum delector in tenerioribus deliciis eorum, qui diuine contemplationis quietem, me trahente, sequuntur, verum etiam allicior ad manendum cum filiis hominum, dum ipsi qua-

libet exercitia, vilium negotiorum, mei honoris & amoris causa, suscipiunt. Cuius rei nunc duo tantum argumenta adferam.

Primo, quod aliqui diuinitus edocti fuerunt, quâ ratione ea essent obeunda; & vires ad obeundum, quibus destituti erant, cælitus acceperunt. De S. Bernardo in eius vitâ scribitur: Cum mensis tempore fratribus ad secandum, cum seruore & gaudio sancti Spiritus occupatis, ipse quasi imposens & nescius laboris ipsius, sedere sibi & requiescere iuberetur, admodum contristatus, ad orationem confugit cum magnis lachrymis, postulans à Deo, donari sibi gratiam metendi. Nec se felicit simplicis fidei, desiderium religiosi. Continuo namque quod peti impetrauit: Et ex illo die, in labore illo, præ ceteris peritum se esse cum quadam iucunditate gratulabatur; tantò in hoc labore deuotior, quantò se in hoc ipso facultatem ex solo Dei dono remisisset accepisse.

Alterum huius rei argumentum, est, quod Thomas Cantipratenis refert, de quodam fratre, mellis tempore feruenter laborante; quem cum S. Bernardus vidisset Spiritus sancti afflatu (coram reliquis Monachis collaborantibus) dixit: Eia frater age quod agis, nullam aliud post hanc vitam purgatorium sustinebis. Sanè si Angelus, vti scribitur in Vitâ Patrum, numerabat passus & vestigia illius Monachi, qui pro suis vlibus aquam è longinquo loco hauritam ferebat, quantò magis numerat omnes corporis & membrorum motus illorum, qui non pro se, sed pro aliis, eis inseruendo laborant. Vnde fit, vt talibus, etiam in hac vitâ, Deus magnum deuotionis affectum, non tantum in oratione, sed etiam in medijs laboribus & obsequio largiatur. Agnoscent homines, inquit S. Bernardus, loquens de Pastoribus à Christo primum omnium ad se vocatis, quod qui in laboribus hominum non sunt, visitari ab Angelis non merentur. Agnoscent, quam placeat superis ciuibus labor, cuius spiritualis intentio est (vti est nostra, præscripta in Regulâ 17. Summar, puram intentionem commendante) quandoquidem & eos, qui (non propter Deum, vti nos, sed) pro victu corporis, corporali vigente necessitate, laborant, suo dignantur alloquio, & alloquio tam felici. Idcirco meritò Christus Dominus dixit S. Birgittæ: Qui perfectè desiderat esse Maria (scilicet dono contemtionis ditari) debet prius esse Martha, laborando corporaliter in honorem meum. Confirmabo hanc rem domestico exemplo, quod in Prouincia Lithuanie ante 60. circiter annos contigit. Cum enim esset Vilsnæ in Collegio nostro mortuus quidam frater Italus Simon, murarius, apparuit post mortem, P. Petro Scarge, viro sancto & Apostolico concionatori, toto corpore splendens, sed manus habens reliquis corporeis membris splendidiores, quia erigendo muros, magis manibus quam aliis mēbris laborauerat. Quod ferè 50. annis ante mortem

Godign. l. 2. de reb. Æthiop. c. 22. Virg. Cæp. in vita B. Aloy. & Berchmâ. Cass. l. 5. cap. 21. Blof. c. 2. S. Gertr. l. 3. Infn. piet. diu. cap. 69. Bern. l. 1. cap. 4.

174. lib. 2. Apum. c. 5.

L. 5. lib. 7. num. 31. Ros. pag. 589. col. 1.

f. 3. de Na. ciuit.

l. 6. Reu. cap. 65.

Greg. l. 1. dial. c. 4. Hier. ep. 4. Ruf. Reg. ful. 37. 38. Au. l. 1. de mon. B. cl. c. 1. & l. de mor. mon. c. 3. 4. 12. 19. Chryf. h. 14. in Ti. mon. l. 6. l. 1. cap. 49. Cass. l. 1. l. 1. c. 1. & l. 1. c. 7. 8. 10. 11. Palumb. hist. d. 3. 8. Mosius, in Monili spirituali, S. Gertrudi Dominum dixisse: Quemadmodum præpotens aliquis Imperator, non solum gaudet habere in palatio suo, delicatas, ornatasque puellas, sed etiam constituit & ordinat Principes, Duces, & milites, aliosq; ministros, diuersis operibus aptos, qui semper parati sint ad negotia eius peragenda, ita & ego, non solum delector in tenerioribus deliciis eorum, qui diuine contemplationis quietem, me trahente, sequuntur, verum etiam allicior ad manendum cum filiis hominum, dum ipsi qua-

P. Scargæ mihi optimè noti, ibidem à fide dignissimis non semel auditi, & est impressum in cõcone funebri habitâ à Fabiano Bircouio Dominicanò in funere P. Scargæ, cui ipse interfuit.

CAPVT VNDECIMVM.

Virtum immodestia docet fugiendum.

O Craud. Defectus quoque immodestia vitandi sunt, studiis danti operam: exteriores enim motus corporis tanti momenti sunt in scholâ Christi, vt S. Thomas Doctor non tantum vitâ sed etiam scientiâ Angelicus dicat, & probet, esse aliquam specialem virtutem quæ versatur circa compositionem motuum corporis exteriorum, eorumque moderatiõnem. Ideo mirum non est, non tantum à Sanctis commendari nobis exteriorum corporis compositionem, & morum honestatem ac decorum, à S. Pachomio in Regulâ, S. Ephrem, S. Basilio, S. Dorotheo, B. Isaiâ, S. Vincentio Ferrerio, S. Bernardo, S. Bonauenturâ, S. Ignatio, & aliis; & ante hos omnes, à S. Hieronymo, & Clemente Alexandrino, sed ab ipsis quoque Ethnicis, vt Seneca, Plutarcho, Cicerone, natura ipsius ductu ac lumine edocetis. Ideo æquum est eos, qui facti sunt spectaculum Angelis, mundo, & hominibus, ita præferre omnes mores compositos, & decentes, vt nihil fiat quod cuiusquam offendant aspectum, vt loquitur S. Augustinus. Tanta enim soliditas secularium quorundam, inquit S. Bonauentura, vt dum vident aliquem Religiosum in aliquo offendere, omnes Religiosos despiciunt, quasi omnes tales sint. Quocirca elucere debet in exteriore compositione nostri corporis, eiusque actibus, magna modestia, seu, vt eam appellat S. Ambrosius, *Formâ honestatis*, & ornatus ad omnem actionem accommodatus: vel, vt loquitur S. Thomas, *Decor honestatis*: ex cuius defectu viri sancti malè ominentur de aliis. Hinc S. Gregorius Nazianzenus ex Iuliani adhuc pueri immodestia, futuram eius apostasiam à Fide Christi, & omnia eius mala præcognouit. Neque enim, inquit, mihi boni quidquam significare atque ominari videbantur, ceruix non stata, humeri subsultantes, & ad æquilibrium subinde agitati; oculus insolens, & vagus, furiosus, intuens; pedes instabiles & vitubantes; nasus contumeliam, & contemptum spirans, risus petulantes, & effrenati; natus & renutus temerarius; sermo hærens, spiritus, concisus; interrogatiõnes stultæ & præcipites; responsiones his nihilo meliores, alia in altis insultantes, nec ex aures & constantes; nec eruditionis ordine progredientes. Quid singula describere necesse est: Talem ante opera conspicatus sum qualem in operibus postea cognoui. Nec his contentus Beatus Doctor, etiam buccas tumentes in eo reprehendit, quas cibo fortasse nimio, ori ingesto, dilatabat: & per ludibrium obiicit ei Mineruam, quam tibias execratam ferunt: postquam aquis speculi vice vsa, eas ob inflatas buccas dedecori sibi esse

prospexit. Similibus iudiciis S. Tiburtius, Martyr inelytus, perfidum Christianitatis ementitorem Torquatium detexit. *Credisse, vir illustrius me*, (Præfectum alloquitur) *hunc esse Christianum, qui in suo lenocinio molendo, capitis simbrias admittit, qui tonsorem diligit, qui scapulis molliter gestit, qui fluxum gressum improbo nixu distendit, qui seminas curiosus inuenit: Nunquam tales pestes Christus dignatus est habere seruos suos.*

Sic & S. Ambrosius, ex prauo Clericorũ gestu, eorum vitia commissa vel committenda, augurabatur. *Meministi, inquit, Fili, quemdam amicum, cum sedulus videretur se commendare officis, hoc solo tamen à me in Clerum non receptum, quod gestus eius plurimum dedecere. Alterum quoque cum in Clero reperissem, iussisse me, ne vnaquam præter mihi, quia velut quodam insolentis inaccessus verberare oculos ferret meos. Nec sefellit sententia, vterque enim ab Ecclesia recessit, vt qualis inaccessio prodebat, talis perfidia animi demonstraretur. Namque alter Ariane inuestigationis tempore fidem deseruit: alter pecunie studio, ne iudicium subiret, Sacerdotem se nostrum negavit. Lucebat in illorum inaccessu imago leuitatis, species quadam scurrarum percussantium. Ita parua indicia res enormes portendebant, vt mirum non sit quod scribit Seneca: *Argumentum quoque morum ex minimis licet capere: impudicum, & inaccessus ostendit, & manus mota, & vnum inter dum responsum, & relatus ad caput digitus; & flexus oculorum improbum, risus insanum, vultus habitusque, demonstrat. Illa enim in aperitur per notas exeunt. Pulchra hoc similitudine illustrat Cicero: *Vi in fidibus Muscorum aures vel minima sentiunt, sic nos si acres ac diligentes iudices esse volumus, animaduersoresque vitiorum, magna intelligimus ex paruis. Iidem iudicis S. Bern. vitium ad cognoscendum malum Monachum: *Si videris, inquit, grad. lib. 1. Off. cap. 19. 2. 2. q. 168. a. 1. Or. 2. in Iulia siue 48. in ordinc. 11. Prou. 6. 11. Annu. 1601. videlicet****

Reg. 3. Mon.

q. 16. in Reg. S. Franc.

lib. 1. Off. cap. 19. 2. 2. q. 168. a. 1. Or. 2. in Iulia siue 48. in ordinc.

Baron. A. 286. n. 18. ex actis S. Schaff.

lib. 1. Off. cap. 18.

ep. 14.

1. Off.

grad. lib.

Prou. 6. 11.

Annu. 1601.

videlicet

videbit me homo, & viuet. Solent enim ij potillimum molestia praescripta violare, quos viuos, hoc est, viuaci natura & feruida non bene mortificata praeditos appellamus. De Patre quoque Balthazare Alvarez scribit in eius vita P. Ludovicus de Ponte: Non satis habebat, quod interioris hominis reformationem & mortificationem suis suaderet, sed ea quoque trahere, quae ad exterioris hominis reformationem spectabant, valde illi commendans virtutem modestiae Religiosae, quam dicebat hominibus Societatis valde necessariam, ob tres praecipue causas: Prima, quod ex instituto agerent cum proximis, ac proinde tenerentur eos adificare, bonumque nomen apud eos habere: Hoc autem obtinetur praecipue modestia & compositione hominis exterioris, non vana affectata, sed vera Religiosa: Cum igitur qui in Societate sumus, spectaculum, ut ait Apostolus, facti sumus mundo, Angelis, & hominibus, necesse est, ut idem Apostolus ait, provide re bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. Secunda, nam aliqui Religiosi habitu suo & cucullo adstant, reguntque, aliquam immodestiam, si forte in eam inciderent: at homines Societatis, qui faciem habent patentem, nec habitum alium aut cucullum habent, horum loco, necesse est, eos habere modestiam, qua exornentur & componantur, quemadmodum Matrona Romanae, ad quod faciem aperit, habeant, maiori indigent modestia, quam aliarum nationum, quae vultum tegunt. Tertia, eo quod Societas etiam habeat ex suo instituto orationem & internam cum Deo familiaritatem, ad quam exterior modestia plurimum iuuat, ut quae sensus contineat, & componat, per quos alius effunditur & euascescit deuotio. Ac propterea eius modestia debet esse valde Religiosa, & internam promouere reformationem, & ex eo quod semper attendat se versari in conspectu Dei sui, ut monuit Apostolus: Modestia vestra sit nota omnibus hominibus, Dominus enim propè est. In hunc finem consecerat sibi quasi indicem omnium actionum immodestiarum, quae in viro Religioso notari possunt, quas seculares Ciuium morum defectum appellant, & nominatim notat immodestiam, quae esse potuit in motibus capitis, frontis, oculorum, narium, aurium, oris & linguae, brachiorum & manuum, genarum & pedum, & reliquarum corporis partium, & in vestium gestatione. Deinde immodestias, quae notari solent in templo, in choro, in refectorio, in ipso cubiculo, & in omnibus officiis, quales sunt Sacrum facere vel audire, quando decumbunt, aut ex lecto surgunt, quando comedunt, aut sunt in recreatione, & in quocumque alio loco suae sint solis, suae cum sociis, ite immodestias subditi erga suum Superiorem, aut Religiosi cum reliquis, aut cum eant per plateam, & alter alterum comitatur, aut cum secularibus agunt, in modo videndi, loquendi, exequendi, suscipiendi, manus & corpus mouendi. Reformandi enim sunt omnes hi motus, & danda opera, ut quae admodum S. Augustinus, in regula sua monuit nihil in eis sit quod non respondeat grauitati & sanctitati nostrae professionis. In illo Catalogo erant notati plus quam ducenti immodestiae actus, & vrbauitatis defectus, in quos poterat Religiosus incidere. Hec causa mouerat P. Hieronymum Platam, ut scribere veluerit similem tracta-

tam de honestate morum, pro informatione personarum Societatis, sed morte praeventus non scripsit.

Nunquam viri hi sancti ad res tam minutitas descendissent, ni esset res non parui momenti, earum observatio, & e contra earum violatio. Idem P. Mutius Generalis in Prima ad Societatem Epistola hoc primo loco his verbis commemorat. Nemo rem hanc reponat in minimis, sicut quumdam apud omnes constitutumque sit, eam nostri, quae intus est, speciem secularis Viri conformatos, quam exterius nobis impressam ammaduerent. Nimirum elinguis licet & Or. 12. seu muta modestia, silentium, cuius meminit Nazianzenus. Illud est sermone praestantius, & ad homines permouendos, secundoque copiosa quavis disputatio longe valentius. Vsu quidem ipso comperitum est, Fratrum nostrorum, siue in Gymnasis, siue per compita, conspecta modestia ad Societatem bene multos animam adiecit. Atque ego de me profiteri sancte, verèque possum, tantum ex eo me spectaculo, cum adhuc versarer in saeculo, fructum capere solitum, ut cum Romanum Collegium, Concionis, Lectionisque sacrae gratia a Professa Domino vna omnes vni repeterent, eius frui conspectu pompe emix contenderem. In summa, quod ait S. Hieronymus, Licet sermone taceamus, habita loquamur & gestu. Et quoniam optimam veluti matrem, Societatem ab omnibus vnicè diligi exploratum mihi, perspectumque est, nullè caput hoc inculcari ratione vehementius à me arbitror posse, quam si monuero, reputandam vnicuique animo esse totam se Societatis existimationem, dignitatemque, in ore, externaque corporis conformatione circumferre.

Exterior enim compositio corporis modestiam praefereus allicit ad amorem virtutis, eos etiam quorum animus vitis sordet, vsque adeo ut S. Chrysostomus explicans illud Apostoli Ephe. 6. 4. Educate filios in disciplina & correptione Domini; postquam docuisset illos edacandos esse in bonis moribus & modestia, subdit etiam Cynicos turpissimum Philosophorum genus modestiae specie apud alios sibi reuerentiam conciliasse. Si enim Graeci infideles, inquit, triobolares quidam & canes Philosophiam istam triobolarem ac vilem (talis enim Graecorum Philosophia) imò non ipsam, sed nomen ipsius amplexi, pallioque amicti (quod apud veteres erat genus vestimenti modestioris) modestiae indicium & melioris vitae, ac comam murientes, multorum sibi reuerentiam conciliant; quanto magis qui verè Philosophus est: Si habitus mendax, si vmbra Philosophiae (id est vitae melioris) apparens ita extollet, quid futurum est, si veram & sinceram Philosophiam dilexerimus: De Rhodiis, eos commendans, scribit Dio Chryl. Vobis laudem pariant, cognoscanturque apud omnes, ut non parua, incessus, casarises, & quod nemo tumultuose vadit per civitatem, compellunturque, propter vestram consuetudinem, & peregrinantes hospites compositi incedere. Huc accedit & vestitus modus: & quod spectatus cum silentio, & poppynis

vimini moderatis. Hac omnia grauitate commendant civitatem: propter hac omnia, ab aliis differre videmini: In his omnibus effis admirationi, atque diligimini: magis quam portus, quam menia, quam naualia vos ornant, antiqui mores, & verè Greci. Vnde vos quilibet simul ac è nauis descendat, nouit etiam sit barbarus, aut veniat è ciuitate Assyria, aut Cilicia. Et orat. 32. eisdem commendans, & Alexandrinorum carpens immodestiam in incessu & loquendi, ac comedendi modo. Nouisti, inquit, Rhodios, apud quos neque currere in ciuitate videtur decorum, sed & hospites increpant, qui proteruè vadunt. Quare merito magni sumi, & omnem consequuntur honorem: Reuerentes enim se ipsos primùm, & nihil stultum facientes, iure & ab aliis & à Præfectis laeter etiam consequuntur. Sanè si Rhodios etiam aduenæ & remoti barbari agnoscebant ex externo decore modestiæ: quanto magis Religiosi hinc agnoscere debent: Certè Minutius Felix in Octauio, inficiatur Christianos occultis se, notis & insignibus noscere: hoc est, Materiali aliquo signo vel tessera, qui sint, se suis indicare: Nos, inquit, non miraculo corporis, vt putatis, sed innocentia ac modestiæ signo facile dignoscimur. Itaque qui modestiâ delituitus esset, merito à S. Tiburtio extraneus à Christianismo habitus est: quanto magis à Religiosa perfectione: que in Religioso maior esse debet, quam in simplici sæculari Christiano, præsertim in Societatis homine, qui cum vocatus sit, vt sæculares quoque, suâ non contentus, ad perfectionem ducat, plurimum suâ modestiâ, & in scholis & alibi, potest emolumentum adferre, vt adferebat, dum studiis darent operam. B. Aloysius Gonzaga, & Ioannes Berchmans. Dicere non desinam, inquit S. Chrysostomus, quod non solum doctrina, & admonitio, & consilium, sed & aspectus sanctorum, atque vestium amictus, & calceorum mos, multum habent vilitatù. Paruit hoc admirabiliter in S. P. N. Ignatio, quem admodum P. Ludouicus Consaluus in Diario scribit: Multos insignibus talentis præditos, & inter eos P. Natalem, & P. Madridium (qui viuentem & iubente S. Ignatio, postea Vicarij Generalis Societatis munus obire, S. Patre ægrostante) hos, inquam, sine aliis persuasionibus ad Societatem traxisse, solam eo, quem tenebat ad mensam modo, in comedendo, & cum illis loquendo. Inuitentur ergo boni Filij S. Patrem, & multos suâ modestiâ in scholis, ad Portam, in plateis, in templo, conuertent: in omnibus enim istis locis sunt expositi, & fortè Cenforum oculis. Sed etsi non videremur ab vllò, satis esse debet, nos à Deo & Cælitibus videri, O quam honestè, inquit Christus Dominus S. Birgitta, & morigerosè oportet eas (Moniales) in conspectu intuentium eas, cum verbis & moribus incedere: cum inuitati ad nuptias intuentes eas, sint Virgo Maria, Mater Dei, cum toto caelesti exercitu. Sponsus verò desiderans eas, est verus Deus, Rex Regum, & Dominus Dominantium, potensq; super omnia creatura.

S. Bernardus in vitâ S. Malachie, eum plurima miracula ab eo edita retulisset, subdit: Libentius fateor, imitandū immoror, quam admirandū. Proponens verò imitanda, sic ait: in Malachia, qui est curiosus obseruaret, deprehendit, otiosum, non dico verbum, sed nutum: quis manum, pedemue mouentem frustra quid non adificans in eius incessu, aspectu, habitu, vultu: Extat pro huius rei cōmendatione, præclara visio, que cōtigit nostro Fratris Alphonso Rodriquez, quam ipsius Notarij verbis posita in processu informatio pro eius Canonizatione factò Maiorica referam, quod etiam habetur in eius vita: Contigit illi, dum esset, satis in hoc negligens, quod ipsi apparuit Christus Dominus noster, habens pedes super altare à latere Evangelij eo modo quo incedebat in sæculo, Fratre ex illius opposito existente, & erat vestitus veste longâ cum vultu insigni proportionis, & color faciei erat aliquantulum subniger, tendens ad rubicundum adinstar coloris nucis auellana: In quâ quidem specie apparebat magna Diuinitas, modestiâ ipsius oculorum, & serenitas ipsius faciei erat admirabilis & Diuina, vt videretur, quod vellet ipsum docere modestiam, vt illam ab eo addiceret. Et istud fuit, quia in modestiâ oculorum suorum manifestauit ipsi persona magnos thesauros interiores sui ipsius, que tanquam in speculo videbatur in illo, & est tanta virtutis & roboris ista præsentia & visio Christi D. Nostri, quâ vidit, vt quotiescunque illam sibi representat in memoriâ, sensibiliter sentit sibi adesse modestiâ, & deuotionem, & quod totus vir mutatur, sicuti est mutatus vnus in alium virum, quando exit à quadam oratione deuotâ, tam in compositione interiori quam exteriori. Et quoniam illud ipsi contigerit à 12. annis, & vltiâ, semper tamen ipsi est recens, & eundem effectum in ipso producit.

S. Vincentius, Christi Athleta, inquit, ad coaptandum corpus suum totaliter in obsequio Christi Iesu coarctat, vt omnes actus & motus corporis sint omnium honestate compositi serui Regularium disciplinæ, neque enim poteris vnquam animam ab inordinatâ cohibere, nisi prius studueris corpus tuum subicere discipline, ipsum restringendo non solum ab omni actu, sed etiam ab omni modo incongruo & inepto. Et c. 7. Hoc generaliter habeas, quod omnem actum, & omnem corporis motum, cum quadam modestiâ facias. Et l. de virginitate quod S. Basilus exigebat à Virginitibus, hoc gignit. multo magis à quouis Societatis Scholastico, inter tot adolescentum oculos constituto, Deus exigit, vt qui illi sortè obui fuerint, ac si vinum Dei simulachram aspicerent, faciem ad reuerentiam, atque ad admirationem sanctitatis inclinent, honestatq; virtutis admoniti, mentem pudicam, & sobriam referant. Venientur, inquam, aspectum illius, atque tanquam diuine imaginis reuerenter de viâ cedant. Virgo castitatis imago, inò ipsius virtutis effigies, etiam solum conspecta ad Dei considerationem humanos mox conuertere ac commouere debet affectus. Feriatur igitur impudicus quisque animo ex aspectu virgineo pulcherrima castitatis admonitus. Reminisatur quisque prociuis Dei, dum eam cernit effigiem, que se ad eius perficienda man-

num. 55. p. 224.

pag. 248.

to 4. h. 1. in Salutate Priscam.

c. 17. Reu. extrau.

mandata semper exercet. Atque ut breuiter dixerim, omnium aspicentium Virginem & affectus, & animus ad virtutis transferatur amore. Efficax est talis conuersionis per modestiam exhibitam specimen, modus, quo interdum S. Franciscus solo utebatur, ut ad virtutis excitaret studium se intuerent. Qui enim ex præscripto modestiæ omnes corporis motus, sine sono oris, excitabat homines, licet sermone taceant, habitu & gestu loquuntur, ut ait S. Hieronymus. Sic Christus Dominus dum esset adolefcens, sine sono oris, excitabat homines ad Deum, quia, ut ait S. Gregorius Nysenus, in adolefcentiâ suâ fuit modestia exemplum, hominum vita propositum.

Merito ergo S. P. N. Ignatius initio sui in Vrbe ingressus scripserat Ordinationem, quæ ex textu Hispanico ita ad verbum redditur Latine: Minister M. Franciscus (scilicet Xauerius) & subminister M. Alphonsus (scilicet Salmcron) & Syndicus Ioannes Paulus (scilicet Borellus Laicus,) conueniant die Luna ante cenam, certâ horâ ad consultandum inter se, circa compositionem exteriorum, & interiorum amicum. Circa exteriorum in omnibus rebus, unde potest præsumi aliqua disedificatio, siue in verbis, siue in gestibus, & moribus vel aliis actibus. Et postea regulas modestiæ hanc ob causam conscripsit, ad modestiam Religiosam & totius corporis motum decorumque pertinentes, quas antequam scriberet, septies & eodæ amplius oratione Domino & lachrymas fudit, & publicari voluit per P. Iacobum Laynem, eiusque hac de re exhortationi, omnes Patres etiam antiquos (quod antea non fiebat) interesset, non sine Dei approbatione, quod ipsi eæ Regulæ placerent, ut ipsemet S. Pater interpretabatur auditâ ruina tecti, sub quo eo tempore Patres considerare solebant, & confidissent, uti scribit Ribadeneira. Denique ipsi etiam gentiles lumine naturali imbuti similia non negligenda putarunt. Cicero monet Adolefcentes, ut etiam cum relaxare animos, & dare se incunditati volens, caueant inuercundiam, meminere verecundiam. Et infra ait, Decorum in omnibus factis, dictis, in corporis denique motu & statu cerni. Et, naturam, inquit, sequamur, & ab omni quod abhorret ab oculorum aurtumque, approbatione fugiamus. Status, incessus, sessio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus, teneant illud decorum, ne quid effeminatum, aut molle, & ne quid durum, aut rusticum sit. Remoueat omnis non dignus viro habitus, & ornatus, & huic simile vitium in gestu, motuque, caueatur. Nam & palæstrici motus sunt sæpè odiosiores, & histrionum nonnulli motus & gestus ineptis non carent. Adhibenda est munditia non odiosa, neque exquisita, tamen que fugiat agrestem & humanam negligentiam. Cauendum est, ne aut tarditatis vræ amur ingressu mollioribus, ut pomparum serculis similes esse videamur, aut in festinationibus suscipiamus nimias celeritates &c. Ex oculorum, inquit, obtutu, ex superciliorum remissione, aut contractione, ex mæstitiâ, aut hilaritate, ex risu, & locutione, ex reuerentiâ, ex intensio-

ne vocis, ex summissione, ex ceteris similibus, facile iudicabimus quid eorum aptè fiat, quid ab officio, naturaque discrepet.

De Egyptiorum Sapientibus & Sacerdotibus scribit Porphyrius: Ex ipso inquit, corporis statu, quidam grauitatis splendor conspicietur. Incessus enim bene erat compositus, aspectus ita ex proposito constans, ut si nolissent comminere. Continebant autem manus semper infra habitum: quarum compositio vnicuique nota erat, significatiua eorum, que in administratione rerum sacrarum acceperant. Plures enim erant manuum compositiones.

Sed hoc est mirabilius, quod de paruulis Laconibus, eorumque educatione ex Lycurgi institutis refert Xenophon Lib. de Laconum Republicâ: Volens, inquit, quasi naturalem huius pudorem vehementer conciliare, imperauit, ut in viis manus intra pallium haberent, silentioque, incederent, ac nusquam circumspicerent, sed humi defixos oculos tenerent. Itaque illorum vocem minus, quam si lapides essent, audieris, oculos vero minus, quam si enei essent, conuerteris. Maiore autem eos pudore affici, quam ipsas in thalamis Virgines existimaris: ac posteaquam in conuiuium venerint, satis profecto sit, si vel ad interrogata respondeant.

Sanè, ut ait B. Laurentius Iustinianus, Si mortalium Regum Ministri quotiescumque se præbent suorum aspectibus Dominorum, curitas, quas vel in vestibus, vel in facie gerunt, sordides, diluere studiose conantur, ne quid in ipsis in compositum, aut indecorum appareat, quod oculis Principis detestabile videatur, hinc morem solerter custodire debent æterno Regi militantes. Illis namque congruit, ita exteriorum habitum corporis, gressus, morum actus, anime cogitatus, animorum affectus componere, ut nihil in eis reprehensibile cognoscatur, pro quo rationabiliter repellantur à presentia Redemptoris.

Quocirca si etiam Ethnici, in scholis Christianorum non edocti, agnouerunt talia, & talium rerum habendam putarunt rationem, quantum magis Christi fide imbutis, & præterea Deo ipsi immediatè dicatis eæ cordi esse debent?

CAPVT DVODECIMVM.

Indicat quatuor particulares immodestiæ defectus vitandos: hi sunt, vox clamosa, nimij risus & cachinni, sermo scurrilis, oculorum curiositas, præsertim circa formosas facies.

Porrò inter defectus, modestiæ valdè contrarios, quatuor peculiari studio vitandi sunt à Scholastico Societatis, uti & ab aliis, sed à iunioribus magis.

Primò vitanda est vox clamosa, quam S. Bernardus appellat, Clamorem oris, & aliam vociferationem. Non parui faciendâ est hæc immodestiæ, quia

quia Deus ipse magni eam facit, ideoque inter
 eximias Christi laudes, hanc quoque per Iſaiam
 Prophetam multò ante eius aduentum, prædici
 voluit: *Non clamabit, nec audietur vox eius foris:* Et
 iterum hoc ipsum per suum Euangelistam nomi-
 natim commendauit, & in Euangelio scri-
 ptum reliquit: *Non clamabit, neque audiet aliquis in
 plateis vocem eius.* Vt mirum esse non debeat, au-
 thoritate Sextæ & Septimæ Congregationis
 Generalis, statutum esse, & inter monita Gene-
 ralia positum; *Cùm foras eundum erit, minimè loqui
 licere intra Urbem, vbi frequens est, populus.* Ita etiam
 hac in re, quæ videtur exigua & parui momen-
 ti, voluit nos Societas Christum imitari, cuius
 vox audita non est in plateis neque clamor.
 Cùm enim Christus Dominus nominatim à se
 humilitatem disci voluerit, meritò à clamorosa
 voce abstinuit, siquidem inter humilitatis gra-
 dus reponitur à Cassiano, à S. Benedicto, à S. Ber-
 nardo, & à S. Thoma, non esse clamorosum in voce. Et
 ita Congregatio Sexta Generalis statuit, *Ne nos-
 tri voce vterentur altiore.* Sed antiquior est, quàm
 illa ordinatio, regula 28, inter communes, quæ
 præcipit; *Vt omnes demissa voce, vt Religiosos decet,
 loquantur.* Sed quod maius est, Apostolus, ad sæ-
 culares etiam scribens, monet Ephe. 4. *Omnis cla-
 mor tollatur à vobis.* Ne quis autem putaret id
 parui esse momenti, dum clamorem vetat, eod-
 dem versu vetat res omnium iudicio grauissi-
 mas, iram, indignationem, blasphemiam. Idem
 videtur in veteri lege improbasse Spiritus S.
 Qui benedicit proximo suo voce grandi, maledicenti si-
 militis est. *Elatu clamor pronuntiationis,* inquit Cle-
 mens Alexandrinus, *est res insanisima, & iudicium
 arrogantia: & importuni vociferatoribus & exclamatoribus
 ora sunt obstruenda.* Eà enim de causa Ther-
 sitem plagis castigauit moderatus Vlyſſes. Et in scho-
 là Platonis vox clamorosa non audiebatur. Hinc
 scribit Seneca de puero apud Platonem edu-
 cato, cum reuersus ad parentes patrem vocife-
 rantem audiuiſſet: *Nunquam hoc, inquit, apud Pla-
 tonem vidi.* Et Cicero inter Catulorum laudes
 ponit, quòd vocem haberent non canoram, id
 est, non elatam. Ita etiam Ethnici naturæ solius
 secuti lumen, agnouerunt indecoram esse ho-
 nesto homini, vocem clamorosa. Meritò itaque
 S. P. N. Ignatius, teste Ludouico Confalno in
 eius Diario, dicebat, *rem esse pudore dignam, & par-
 ue adificationis, si Noſtri domi noſtra clamorosa loquan-
 tur, idq; valde exaggerabat, & curauit assignari duos
 Syndicos, qui non tantum obseruarent elatà voce lo-
 quentes, sed etiam haberent potestatem puniendi delin-
 quentes; etiam duos Vicarios Generales Societatis vni-
 uersæ, quos tunc ipse infirmus, sui loco, ad negotia om-
 nia (sola cura infirmorum sibi referuatà) tra-
 ctanda, sibi substituerat.* Hac Ordinatione non cõ-
 tentus Pater Sanctus in antiquis Regulis com-
 munitibus manuscriptis, quibus Domum Pro-
 fessam Romanam dirigi volebat, quinque Re-
 gulas distinctas præscripserat, de vitandâ voce

clamorosa, & de voce demissa adhibendâ domi,
 & quasi ad aurem & in ambulacris & in cubi-
 culis, & in templo, & excundo vel redeundo, &
 ad portam domus, ac prope illam. Quibus in
 locis non tantum clamorosa vocem vitandam
 voluit, sed aded demissam profectandam, ne al-
 ter propè stans, posset exaudire duos alios inter
 se colloquentes: *Vt vocis sonum, quemadmodum* I. Offic.
 monet S. Ambrosius, *ita libet modestis, ne cuius-
 quam aurem offendant vox fortior.* Pareamus ergo
 S. Patris Noſtri monitis, & vocis sonum & ad
 aedificationem confert plurimum, & actus hu-
 militatis est, & à S. Theodoro Studita, præclato
 vitæ spiritualis Magistro, inter media acquir-
 endæ sanctitatis, & aliorum iuuandorum, gra-
 uis oratione recensetur: *Sanctè, inquit, viuamus,* Ier. 19.
*qui alios per nos ad sanctitatem, qua doctrina, qua vitæ,
 dirigimus. Itaque clamor nullus audietur circa deco-
 rum, neu contentiosum colloquium, neu putridus sermo
 exiliens ab ora. Sed honestus ad adificationem frugi, &
 vtilis, ne quod operi nostro, pro eâ, crimen constetur.*
 Quocircâ mirum non est, S. Carolum Bor-
 omæum, hoc ipsum sui Seminarij Clericis, non
 semel præscripsisse. Nam part. 3. c. 3. Inſtit. Ca-
 ueant, inquit, ne loquantur altiùs, præsertim si nullis
 sint. ne strepitum excitent &c. Et alio in loco: *Ne
 altiore voce colloquantur.* Et quod mirabilis est,
 S. Ignatius Martyr, cum ad martyrium vincitū
 duceretur, scribens ad Antiochenos, dum mō-
 net vt vitent ebrietatem, inuidiam, iram, blas-
 phemiam, conuiuium, addit præter hæc, etiam
 clamor ne nominetur quidem in vobis. 177

Secundo, vitanda est altera immodestia, quam
 produunt nimij risus & cachinni, & facetiæ pe-
 tulantes. Hæc immodestia grauiore, quàm
 prior metetur reprehensionem, ideoque & à
 Sanctis & ab Ethnicis improbatu vehementi-
 tius. *In cachinnos prorumpere,* inquit S. Basilus, *Reg. ful.*
corpore contra animi voluntatem subsaltare, nequa- 17.
quam est eius, qui animo composito sit, aut planè probe,
& compositè sui ipsius. Idque statim confirmat Scri-
 pturæ sententiâ, idem asserentis: *Farius in risu* Eccl. 11.
exaltat vocem suam: vir autem sapiens, vix tacitè ride-
bit. Ilocrates autem non qualemcunque stulti-
 tiam risum appellat, sed petulantem, reuocans ab
 eo Dæmonicum adulescentem. Cur autem no-
 men mereatur stultitiæ iste risus nimis, seu, vt
 eum appellat Clemens Alexandrinus, profusus, I. 2. par.
 vel, vt eum vocat S. Benedictus in sua Regula, cap. 7.
 Excussus, causam adfert S. Gregorius Nyſſenus, 4. Reg.
 Oris, inquit, indecora dilatio, tremorq; spiritus, & Eccl.
 totius corporis excussio, & genarum diductio, dentium-
 que & lingue, & palati apertio, collig, contorsio, vocisq;
 præter rationem fractio, qua simul cum fractione spiri-
 tus interfecatur, quid hoc aliud fuerit, quàm amentia?
 Grauius hanc rem inſequitur Olympiodorus, expli-

de grad.
humilit.

sum tenere non valet, & quam S. Bernardus ait, esse tertium gradum superbia. Cuius enormitatem ac dedecus, hac similitudine explicat: *Vt vesica collecto vento turgida, punctoq; perforata exiguo, si stringitur crepiscat, dum detumescit, ac ventus egrediens non passim effusus, sed strictim emissus crebros quosdam sonitus reddit; sic Monachus vbi vanis scurrilibusq; cor suum cogitationibus impleuerit, propter disciplinam silentij, non inueniens ventus vanitatis, quã plenius egredietur, inter angustias faucium, per cachinnos excutitur; sapè vultum pulcherrimum abscondit, claudit labia, dentes stringit, ridet non volens, cachinnatur inuitus. Cum os pugnis obstruxerit, sua, per nares adhuc sternutare audatur. Quae omnia cum valde indecora sint, etiam in homine Ethnico, omni conatu vitanda sunt à nobis, vti vitabantur etiam ab Ethnicis. De Aegyptiorum sapientibus & sacerdotibus scribit Porphyrius, risum eorum fuisse iratum, qui si forte excidisset, ita moderatè ut vix risisse dixeris. Quocirca ne superemur ab Aegyptiis, quos facit Religio integritate & sanctimonia superamus, sit (vbi monet suos Seneca) Risus sine cachinno, vox sine clamore. Et, ut ait Epictetus, Risus non sit multus, neque ob multas, neque effusus. Et quãuis risus nimius, praesertim scurrilis, omnes non tantum Religiosos, sed etiam saeculares, dedecet, maxime tamen Sacerdotes. Hinc grauissimam hac de re scripsit epistolam S. Ildorus Pelusiota ad Dorotheum Presbyterum, quam totum hoc loco inserere volo. Cum, inquit, Sacerdos gregis formã & Ecclesia lumen ductus sit ac reuera sit, subditos, ut ceram sigillo, sic ipsius moribus imprimi necesse est. Quocirca si lumen est vis scurrilitatem, ac risus, petulantiam, odio infectare, ne alioqui multos petulantiam ac procacitatem doceas. Sacerdos enim Domini Omnipotentis Angelus est. Angelus autem risum nescit. Deo cum meta ac pavore ministrans. Hæc ille. Huc spectant petulantes cum risu communæ facietia, contra quas sic inuehitur S. Chrysostomus: Praesens tempus non effundendi gaudij, sed luctus est, tribulationum & lamentationum. Tu vero leuiter vrbani facietis iocularis? Quis athletarum stadium ingressus, relicta solitudine cum aduersario certandi, facietis vrbani? Inflat diabolus, circum rugiens, ut rapiat omnia, monet ac tentat, omnia aduersus caput tuum inuertit, extraq; nidum eicere te molitur, dentibus stridet ac fremit, ignem spirat aduersus salutem tuam: & tu sedes facietis effundens, & quastulta sunt, & ad rem non continent, effutiens? Poteris itaque ipsum bene superare? Ludimus dilecti? vbi discere Sanctorum conuersationem? Audi Paulum dicentem: Triennium, inquit, noctes ac dies non defuit cum lachrymis admonere vnumquemque vestrum. Si vero pro Malesis & Ephesus tanta visus est diligentia, non facietis loquens, sed cum lachrymis admonitionem inferens, quid de aliis dicis poteris? Audi vero quid & Corinthiis dicat: Ex multa tribulatione, inquit, & anxietate cordis scripsi vobis per multas lachrymas. Et iterum: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis offenditur, & ego non vror? Rom. 8. Quin audi quid & alibi dicat: Nam & nos, inquit, qui*

I. 4. de ab-
stinentia.

epist. 39.

in Euchi.
cap. 39.I. 1. epist.
319.I. 17. in
ep Ephes.
in morali.

A. 10.

I. Cor. 1.

Ibid. II.

Rom. 8.

sumus in hoc tabernaculo gemimus, & per singulos dies, ut ita dicam, ex hoc mundo migrare cupiente apostolo, tu rides? Ludus Belli tempus est, & tu que tripudiantium sunt vrbani? Non vides bella gerentium facies, quomodo sint tristes, contractis supercilis terribiles, & horrore plenas? Vides aciem oculorum austre-ram, cor excitatum, saliens & palpitans, animum collectum, trementem ac trepidantem: ut multam disciplinam rerumq; concinnitatem taceam. Itaque apud illos non licet turpe verbum dicere, immodè ne loqui quidem temerè, multum silentij illis qui in exercitu sunt, sibi inuicem mandantibus. Si ergo illi quibus cum sensibilibus & carnalibus hostibus bellum est, quique ex sermonibus nihil detrimenti accipiunt, tanto vniuerso silentio: tu cui & in sermonibus bellum est, immodè prior pars belli, eam tibi partem immunitatem relinques & nudam? An ignoras, quod hinc potissimum pluribus insidij obrumitur? Ludus, delicatiss, facietis dicit, risum noues, nihil ista curas? Quot sunt ex facietis perituri, quot incommoda, quot stultitia? Sed tales, inquit, non sunt facietia. Verum audi quod omnem facietiarum vrbantatem reiecerit Apostolus Belli tempus est, pugna, vigilarum custodia, armatura & acies. Nullum hic locum habet ridendi tempus: illud enim mundi est. Audi Christum dicentem: Mundus, inquit, gaudebit, vos autem contristabimini. Malorum tuorum gratia crucifixus est Christus, & tu rides? Alapis percussus est, tantummodo, quæso, ipsum non magis ad iracundiam prouocas? Verum quoniam nonnullis res ista indifferens esse videtur, quæ & difficile vitatur, age pauca de illa differamus quàm sit mala, docentes. Etenim diaboli opus est illud, facere ut indifferencia contemnantur. Primum igitur etiam si indifferens esset res ista, neque sic tamen illam contemnere oportebat, scientem quod ex ea generentur magna mala. Ira crescat, ut & in fornicationem sapennumero desinat. Quod autem indifferens non sit, hinc liquet. Videamus ergo vnde nascatur, immodè vero videamus, qualem oportet esse sanctum, mansuetum saltem, mitem, lugentem, lamentantem, ac tribulatum. Sanctus ergo non est, qui facietis loquitur. Quin ridiculus est, qui hoc facit, etiam si sit Graecus atque gentilis. Ihs dicitur licet, qui in scena ludum. Vbi turpitudine, ubi & vrbana facietis: vbi risus intempestius ubi & vrbana facietia. Hic audi quid Propheeta dicat: Seruite Domino in timore, & exultate ei in timore, vrbantia enim mollem facit animum, desiderium attollit, & conuitia sapè parit, & bella facit. Quid vero tandem, nõne vir iam factus est: euacua igitur quæ sunt paruuli. Tu vero simulum tuum in foro quicquam dicere quod non profit, non pateris, ipse cum te seruum Dei esse dicas, facietis vrbanas in foro loqueris? Animum sobrium nemo decipit, effusum vero ac leuem quis non facile expugnet: ipse suo telo semet conficit, nec eget diaboli insidij ac violentiã. Ut id vero discas, vel nomen ipsum vide. ΕΥΡΥΔΕΡΕΩ, dicitur varius, versutus, instabilis, leuis in omnia mutabilis. Istud vero procul est ab illis qui petra seruiunt. Confestim vertitur qui talis est, & transmutatur: oportet enim ipsum &

Ioh. 16.

Ecc. 1.

14.

Psal. 14.

I. Cor.

& habitum, & verba, & risum, & gressum, & omnia aliorum imitari, & scommata etiam struere & exco-
 gitare talem oportet: nam & istud illi opus est. Mordere
 vero scommatis, procul est à Christiano. Necesse est et-
 iam vrbis deditum facietis minime necessarias in sese
 recipere inimicitias eorum quos temere salibus suis la-
 dit, siue presentes sint, seu absentes hoc audiant. Si res
 ista bona est, & honesta, vt quid mimis iniungitur? Sis
 mimus, & nihil pudeat. Quamobrem ingenius vestris
 non mandatis vt hoc faciant: Nonnerem istam iudica-
 tis morum esse in bonorum, & minime modestorum?
 Magna mala mentem illam, qua facietis istis vrbis
 dedita est, magna dissolutio & vastitas inhabitant.
 Harmonia illius huiusca est, cariosum ac marcidum est
 adificium, timor exterminatus est, pietas fugata. Lin-
 guam habes, non vt alios salibus tuis mordeas, sed vt
 Deo gratias agas. Non vides eos, quos moriones vocant,
 Samaritacos illos? Isti sunt vrbis illi. Exterminare, ob-
 scuro, ex animis vestris ingratiā istam gratiam. Para-
 storum est res ista, minorum, saltatorum, prostantium
 mulierum, procul à mente liberā, procul ab ingenio,
 procul etiam à seruis. Si quisquam est ignobilis, si qui-
 quam est turpis, & obscenus, iste sit & vrbis facietus.
 Nullus vero res ista etiam virtus quadam esse videtur,
 & hoc ipsum luctu dignum est. Quemadmodum enim
 concupiscentia paulatim in fornicationem prolabitur,
 ita fit etiam vt vrbis illa gratiosa videatur. Nihil
 vero illa minus habet gratia. Audi quippe quid Scri-
 ptura dicat. Ante conitrium prapropertat fulgur, &
 vercundia obseruantem precedit gratia. Vrbano au-
 tem nihil impudentius. Itaque os illius non gratia, sed
 dolore plenum est. Eliminemus consuetudinem hanc
 mentiarum. Sunt vero nonnulli, qui & pauperes istud
 doceant. O absurditatem. Eos qui in tribulationibus
 sunt, vrbis facietis inferuire faciunt. Vbi quæso mor-
 bus iste non inualuit? Iam & in ecclesiam introductus
 est, iam & Scripturas apprehendit. Dicamne, quo mali
 huius excellentiam demonstrē? Pudet quidem, attā-
 men dicam. Volo enim ostendere, quousque malum hoc
 progressum sit, ne videat minutula exaggerare, deq; re-
 modica quadam vobis disserere, si forte vel ita queam
 ab isto vos errore abducere. Neque putet, me quisquam
 aliquid fingere, sed qua audiui referam. Contigit vt ali-
 quis huius farine apud quenquam eorum existens, qui
 scientie gratia sese plurimum iactant (scio quidem me
 risu matrum, veruntamen dicam) apposita scutellā
 dixerit, & ἐξ αὐτῆς πικρὰ καὶ ἄγευστα κοινὰ:
 hoc est, apprehendite pueri, ne qua sit ira ventri. Et alij
 rursus: Vt tibi Mammona, & ei non qui te habet. Et
 multa huiusmodi absurda vrbis ista induxit, vt
 quando dicunt: Iam non est genesis. Ad absurditatem
 dico illud, inquirunt, & mores turpes. Sunt enim hec
 verba mentis ab omni pietate desolata. An igitur ista
 verba non sunt fulmine digna? Et multa eiusmodi alia,
 qua ab alijs dicuntur, inuenire quis poterit. Propterea
 adhortor, vt ista omnino exterminatā consuetudine, ea
 loquamur qua nos deceant. Nec loquantur ora San-
 ctiorum verba hominum ignominiosorum ac turpium.
 Que enim participatio iustitia cum iniquitate? Qua
 communicatio luci cum tenebris? Debebat enim iucun-

dum esse nobis & amabile, vt ab omnibus absurdū nos
 ipsos abduceremus, quod promissa bona consequi valere-
 mus, ne tantoperē dissoluti essemus, mentisq; diligen-
 tiam & acrimoniam tot modis vastaremus ac perdere-
 mus. Mox enim conuiciatur & maledicit qui eiusmodi
 facietis vrbis studet. Quod si vbique risus est
 vitandus est, etiam non effusus, abesse debet
 à loco & tempore silentij (vti est nostrum Re-
 fectorium) præsertim in templo. Tanti enim
 hoc fecit S. Chrysoctomus, vt scriptum contra
 ridentes in templo reliquerit: Nescis quod cum
 Angelis stas, cum illis cantas, cum illis hymnos dicis, &
 stas ridens: & non esset mirum, si fulmen demitteretur
 non solum in illos, sed etiam in nos: digna enim fulmine
 sunt hec. Adest Rex, inspectat exercitus, (scilicet cæle-
 stis Angelorum) & tu in illorum conspectu stas, ac
 rides, vel ridentem negligis: nonne vt damnosus, vt fu-
 res, & corruptos, & perniciosos, tales & innumeris ma-
 lis plenos ab Ecclesia exigi oportebat: non sufficit nobis,
 quod ipsa mente sumus ignaui, nec, quod orantes aliud
 euagamus, sed etiam risum asserimus: vnde testificor
 vobis, qui sani estis, quod iudicium vobis erit, ac con-
 demnatio, si quis videns inordinatē viuentem, (scilicet
 ridentem) maxime illo tempore, non admonuerit, nec
 corripuerit. hoc plus est, quam orasse, dimitte preces, &
 illum corripe, ita & illi proderis, & tu lucrum ha-
 bebis.

Et quamuis non sit aded grane malum, ride-
 re in scholā vel triclinio, vti risus in templo, &
 quod idem est, in choro, templi parte, tamen et-
 iam iis in locis, quæ ad colloquia destinata non
 sunt, præsertim tunc cum silendum est, ridere,
 præsertim cum aliorum molestiā, qui se irrideri
 putant, culpā non vacat. Olim, teste Aeliano, in
 Academia ridere non licuit. Cum Sara tem-
 pore conuiuij (etsi taret post ostium Tabernacu-
 li) risisset, etsi iustam videretur habere causam
 ridendi, Deo id displicuit vsque aded, vt hac de
 re interrogata ab Angelo, Dei personam refe-
 rente, timore perterrita dixerit: Non risi. Merito
 ergo viri sancti, inter magna Dei beneficia re-
 ponebant, & inter præmia longæ in virtutibus
 exercitationis, non ridere tempore & loco ad
 risum non destinato. Cum Ioannes Euiratus,
 Scriptor Prati Spirituales, à Cosma Scholastico
 perpetuā virginitatē ornato, viro docto, & qui
 30. annos domi suæ manens exegerat, legendo
 & contra ludæos scribendo, qua siuisset, quid in
 tanto tempore sui instituti, quærit & continentis esse
 adeptus: ingemiscens primò, & ex intimo corde suspirans
 ait: Quid potest secularis homo virtutis adipisci, &
 maxime domi suæ residens? rogatus tamen rursus per
 Dominum, coactus respondit: Ignosce mihi, tria ista
 consecutus sum, non iurare, non mentiri, non ridere. Et
 tamen magis ei licuit ridere domi suæ, quam
 nobis licet vel in triclinio vel in scholā. Et lib.
 eodem ca. 171. inter virtutes Zoili Lectoris po-
 nitur, quod semper fuerit mundus à risu. Tantam
 à risu abstinentiam nostra viuendi ratio non
 exigit, sed ne rideamus iis temporibus & locis,
 quæ

Eccij 31.
14

h. 2. 4. in
Acta.

1. 3. var.
hist. c. 35.
Gen. 18.
10. & seq.

c. 172.

1. Cor. 6.

que religionem silentij exigunt: & in alijs locis (cum loqui fas est) nec faciles ad risum sumus, nec plus æquo aut sine iusta causa rideamus. Aliter ridendo magnam præbebimus lætitiæ materiam diabolo. Hinc dæmones cum nihil proficerent in tentando S. Pachomio Abbate, quodam tempore, plures conuenientes in vnum, arboris solum coram eo magnis funibus colligare ceperunt. & summo conamine trahere, dextrâ leuaque duclis ordinibus, ac sese mutuo cohortantes, sic insistere nitentur, ac si magni lapidis mouerent pondus immensum. Hoc autem idcirco faciebant, vt mentem eius, si possent, in risum forte resoluerent, & inuenirent vnde illi exprobrarent. Quocirca si risus causam aliquam habens nullum lædens, nullum confundens, nullum perturbans, est apta materia, vt diabolus, etiam Sanctis, eum exprobrent, quanto magis exprobrabunt iis, qui audaci & impudenti risu, datâ operâ, vel concionantem, vel disputantem, vel aliquid narrantem confundunt, & ludibrio exponunt aliorum, & se ineptâ lætitiâ, alium verò sic irritum (pro quo Christus mortuus est) amaritudine & confusione replent: & contra legis naturalis præceptum, hoc faciunt alteri, quod sibi fieri nollent: ac dæmonibus iustam præbent lætandi & ridendi materiam, vt præbebant illi religiosi, in S. Dominici triclino, lætitiâ diabolo, suo immoderato in recreatione risu (minus malo quàm sit aliorum irritio) ob quem risum dæmon S. Dominico dixit, locum illum sibi esse carissimum.

hom. 6. Cauendam est ergo, vt monet S. Valerianus Cemelensis, dilectissimi, ne scenico sermone alter alterum lædat, & theatralibus verbis verecundiam fratri læsæ estimationis incuriat. Solet nimia oris facetia, excitare motus animorum, & sermo lætitiâ accinctus, reciprocum parere conuiuium. Sic demque scintilla quamuis parua, flammam euomit, & ex nihilo exortas magna frequenter mouet incendia.

178. Tertio, magnopere vitanda est scurrilitas, seu sermo scurrilis, hoc est, vniuersum ioculosus. Nam, vt ait Aristoteles, qui ridiculis excedunt, scurræ esse videntur. Et infra: Scurræ cum superetur ridiculis, neque sibi neque alijs parcat, modo risum moueat, ea que dicit quorum nihil diceret homo elegans, nonnulla autem, ne audiret quidem. Et S. Hieronymus, distinguens stultiloquium à scurrilitate, ait scurrilitatem de prudenti mente descendere, & consilio appetere quadam vel vrbana verba, vel rustica, vel turpia, vel faceta, vt risum moueat audientibus. Vitanda omnes omnino in sermone facetia & scurrilitas dicatitas, sicut inquit S. Basil. siquidem fieri solet plerumque, vt qui sese in rebus istiusmodi occupant, rectam rationem deserant. Quippe cum ex eo illud fiat, vt animus ad ridicula diffundatur, & in tacitâ secum cogitatione grauitatis seueritatisq; neruos omnes elidat. Quin incidit sapientiam, cum istiusmodi contagio sermo proserpens, postremo ad verborum suspititudinem, & absurdam atque extremam obscenitatem delabatur. Ex quo sanè colligitur perniciem & attentam animi excubationem

Vit. c. 17. Ros. l. i. p. 119. col. 1.

Hist. Ord. Prædic.

hom. 6.

178.

l. 4. eth. cap. 8.

l. 3. inc. 5. Ephel.

Const. mon. c. 3.

cum facietiarum diffusione simul coherere non posse. Porro vitium scurrilitatis quanto perè, & quidem cum quodam horrore, sit detestandum, ostendit S. Birgitta Deus, qua vidit animam mulieris cuiusdam in Dei iudicio constitutæ, hoc inter alia crimina in se agnoscentis. Os, inquit, meum sepe aperiebatur ad scurrilia, quia alijs placere volui. Responsum est autem de libro iustitiæ Dei: Idem lingua tua extrahi & extendi debet, demesq; tui incarnari: & illa tibi apponentur, qua omnino tibi displicent, omniaque illa tolli debent à te, qua tibi placent. Et alia vice, Christus Dominus instruens eam, à quibus verbis ei esset abstinendum, sic ait: Quia aures meæ (tempore Passionis) implebantur sanguine, & audiebant verba detractionis meæ, idcirco aures tuæ auertantur à scurrilibus & ineptis locutionibus. Et inter conditiones, quas Christus enumerat, reperiti in Coniugio Spirituali, quod Deus habet cum corpore casto, & animâ castâ, tertiam ait esse, Vitare verba otiosa & scurrilia. Hoc sibi dictum putet nostrum quilibet, præsertim ad Sacerdotij dignitatem euectus, quam nullo lingue vitio contaminare deberet. Nam, vt scribit S. Chrysostomus, Quo non oportet esse puriorem tali fruentem sacrificio: quo solari radio non splendidiorem manum, carnem hanc diuidentem: os, quod igne spirituali repletur lingua, qua tremendo nimis sanguine rubescit: Quod tantò magis cordi esse debet, propter terribile illud, & omnibus notum, S. Bernardi pronunciatum, ad Papam Eugenium scriptum: Inter seculares nuge, nuge sunt, in ore Sacerdotis blasphemia. Et vt id magis inculcet, addit: Consecrasti os tuum Euangelio, talibus iam aperire, illicitum asserere, sacrilegium est. Labia sacerdotis, aut custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius: non nugæ profecto vel fabulæ. Verbum scurrile, quod facit, vrbani nomine colorant, non sufficit peregrinari ab ore, procul & ab aure relegandum. Mirum ergo non est, S. Bernardum de suorum Fratrum salute sollicitum, timuisse, ne scurrilitati dediti, desererentur à Deo, quod summæ infelicitatis caput est: Hinc, inquit, Fratres mihi tristitia magna, & dolor continuus est cordi meo, quod nonnullos tam pronos ad leuitatem, ad risum, & ad scurrilia verba tam faciles video, vt perime scam valde, ne forte plus quàm expediat, diuine misericordie immemores, & ingrati, tam multis beneficiis suis, aliquando deserantur à gratiâ, quàm non vt gratiam venerantur. Quo pronunciatio quid potest audiri terribilius: Quocirca non miror S. Ignatium Martyrem morti proximum, monuisse Tharsenses, vt non tantum ebrietatem & libidinem fugerent, sed scurrilitatem. Mirandum enim est, inquit B. Laurentius Iustinianus, hoc cum compassione spectaculum intueri, scilicet virum totis deditum, vacantem fabulis. Quæ de re sic B. Petrus Damiani: Quanto cautela studio lingua procacitas frenanda sit, si quis nosse desiderat, inter qua crimina à Magistro Gentium numeretur, attendat: Fornicatio, inquit, & omnis immunditia, aut auaritia nec nominetur in vobis, sicut dicit Sanctos, aut turpitudi-

l. 4. Ren. cap. 5.

l. 1. Ren. cap. 11.

l. 1. Ren. cap. 16.

h. 8. in Math.

l. 1. Conf. cap. 3.

Malic. 1.

l. 1. de 7. panib.

epist. 7.

l. 1. de spirit. an. inter.

col. 1.

l. 7. de vitio liguz.

69. vi.

1.3. de ira.
cap. 8.
ep. 94.

peretur ne à tardioribus transeat. Elige, inquit, Seneca, simplices, faciles, moderatos. Nulla enim re magis animus honesta induit, ait idem alibi, dubioq; & in malum inclinabile reuocat ad rectum, quam bonorum virorum conuersatio. Paulatim enim descendit in pectora & vim praeceptorum obtinet, frequenter audiri, aspici frequenter. Occursus ipse sapientum iuuat. & est aliquid, quod ex magno viro vel tacente proficias. Non deprehendes quemadmodum aut quomodo conuersatio tibi sapientium profuit, profuisse deprehendes. Sis limitis magno illi Macario Alexandrino, de quo

In Laus. 9.
20.

scribit Palladius: Si quod opus exercitationis aliquem vnquam fecisse audiuit, omnino id ardentem effecit. Sed caue, praetextu perfectus, maiorum te, & non sanctorum alius, patrocinia quaeras, à quibus optes ad aliora & speciosa promoueri, & instar vitis adhuc humi repentis altas vltimos, ad tui patrocinium preflare. Video vitem, inquit

1. de anim.
cap. 19.

Tertullianus, adhuc teneram & impuberem, intelligentem tamen iam opera sua, & volentem alicubi adhaerere, cum inmixta, vel innexa proficias, (per promotiones ad speciosa) demique non expectata rusticam disciplinam (scilicet culturam praefectorum vineae, per humilitatis officia, velut per rusticam vitium culturam, suos ad perfectionem eleuantis) sine arundine, sine corno (patronorum, eis non concessorum à maioribus) si quid attingit (ambiens fauores patronorum) vltro amabit. & quidem curiosus (id est efficacius) amplexabitur, de suo ingenio (ingeniosa artificia adhibens ad conciliandos sibi patronos) quam de tuo (ò Superior, ò Pater Spirituales) arbitrio, properat esse secuta, dum per politicas industias ac patrocinia cupit assurgere. Tibi nunc satis erit sicut patrociniorum pernicioso ambitu, bona quae videris exempla, in condiscipulis tuis melioribus, exactè imitari & conuersari cum melioribus.

1.1. Offic.
cap. 43.

Plurimum enim prodest, inquit S. Amb. 1.2. Offic. c. 20. vnicuique bonis iungi. Cum sapientibus & prudentibus tracta, monet Spiritus S. Eccl. 9. Nam qui cum sapientibus graditur, sapiens erit. Prou. 18. amicus stultorum similis efficietur (solo & puro desiderio proficiendi in literis & morum proba honestate) praesertim cum maturioris aetatis personis. Ideò S. Ambrosius, cum verecundie studium commendasset adolescentibus, & vt à verecundia prima fundamenta ducantur, subdit: Sequatur conuersationis electio, vt adiungamur probatissimis quibusque senioribus. Namque vt aequalium vsus dulcior, ita senum tutior est, qui magisterio quodam & ductu vitae, colorat mores adolescentium, & velut murice probitatis inscit. Namque si hi, qui sunt ignari locorum, cum solertibus viarum iter adoriri gestunt, quanto magis adolescentes cum senibus debent nouum sibi iter aggredi, quò minus errare possint, & à vero tramite virtutis deflectere. Nihil enim pulchrius, quam eosdem & magistros vitae & testes habere. Et alio in loco: Plurimum prodest vnicuique, bonis iungi. Adolescentibus quoque vtile, vt claros & sapientes viros sequantur: quoniam qui congregatur sapientibus, sapiens est; qui

1.2. c. 10.

autem coheret imprudentibus, imprudens agnoscitur. Et ad instructionem itaque bonis iungi plurimum proficit, & ad probitatis testimonium. Ostendunt enim adolescentes, eorum se imitatores esse, quibus adhaerent, & ea conualescit opinio, quòd ab his viuendi acceperint similitudinem, cum quibus conuersandi hauserint cupiditatem. Quocirca monuerat Spiritus S. in multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientia illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. Et si videris sensatum, euigila ad eum & gradus ostiorum illius exterae pes tuus. Quod tanti fecit S. Pachomius Abbas, vt inter monita suis ante mortem relicta, hoc vnum fuerit: Cum illis conuersemini, qui Dominum metuunt, & possunt prodesse vobis, conuersatione sancta, & animabus vestris spiritualia praebere solatia. Quin Ethnicus Seneca monet: Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt: illos admittite, quos tu potes facere meliores. Mutuò ista sunt, & homines dum docent, discunt. Alias si conuersaberis cum viuentibus liberis, habens, & negligens meliores, iustam incurres illam S. Hieronymi censuram: Quis quisque est, talium consortio delectatur. E contrario, conuersando cum melioribus, & tu bonos euades. Hinc cum quidam interrogasset Abbatem Paytionem, dicens: Quid facio anima mea, quae insensibilis facta est, & non times Deum: dixit ei. Vade & iungere cimenti Deum. Et cum illi inhaerens, doceberis & tu timere Deum. Tales optabat Eugenio Papae, vt scribit, S. Bernardus, Suae vitae custodes & testes, qui, si vellent aliquatenus deuiare, non sinerent: franarent precipitem, dormitantem excitarent. Quorum reuerentia ac libertas, extollentem se reprimeret, cadentem erigeret: quorum fides ac sanctitas, ad quaeque sancta, quaeque honesta, ad quaeque pudica, quaeque amabilia, & bona fama prouocaret.

Et ad instructionem itaque bonis iungi plurimum proficit, & ad probitatis testimonium. Ostendunt enim adolescentes, eorum se imitatores esse, quibus adhaerent, & ea conualescit opinio, quòd ab his viuendi acceperint similitudinem, cum quibus conuersandi hauserint cupiditatem. Quocirca monuerat Spiritus S. in multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientia illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. Et si videris sensatum, euigila ad eum & gradus ostiorum illius exterae pes tuus. Quod tanti fecit S. Pachomius Abbas, vt inter monita suis ante mortem relicta, hoc vnum fuerit: Cum illis conuersemini, qui Dominum metuunt, & possunt prodesse vobis, conuersatione sancta, & animabus vestris spiritualia praebere solatia. Quin Ethnicus Seneca monet: Cum his versare, qui te meliorem facturi sunt: illos admittite, quos tu potes facere meliores. Mutuò ista sunt, & homines dum docent, discunt. Alias si conuersaberis cum viuentibus liberis, habens, & negligens meliores, iustam incurres illam S. Hieronymi censuram: Quis quisque est, talium consortio delectatur. E contrario, conuersando cum melioribus, & tu bonos euades. Hinc cum quidam interrogasset Abbatem Paytionem, dicens: Quid facio anima mea, quae insensibilis facta est, & non times Deum: dixit ei. Vade & iungere cimenti Deum. Et cum illi inhaerens, doceberis & tu timere Deum. Tales optabat Eugenio Papae, vt scribit, S. Bernardus, Suae vitae custodes & testes, qui, si vellent aliquatenus deuiare, non sinerent: franarent precipitem, dormitantem excitarent. Quorum reuerentia ac libertas, extollentem se reprimeret, cadentem erigeret: quorum fides ac sanctitas, ad quaeque sancta, quaeque honesta, ad quaeque pudica, quaeque amabilia, & bona fama prouocaret.

Tales S. Basilius ait mysticè appellari in Scriptura, Ceruus: Vox Domini praeparans ac perficiens ceruus. Quando, inquit, aliquem Dei hominem perfectum & absolutum viderimus, vtilitatem ex eius congressu & conuersatione sciemur. Nam vbi cerui praesentia est, omnium ibi serpentium malitia fugatur. Odorem cerui nulla ferunt animalia venenata, quando vel ad sufficium cornu ceruini secedunt reptilia.

M. Cato monere solitus est empturos agrum, viderent ante omnia, num bonos habituri essent vicinos. Idem monitum necessarium est, conuersaturis cum aliis, vt ad bonos socios, tanquam ad bonos vicinos, accedant, ne mala consuetudo, & colloquia noceant. Hinc illud Themistoclis apud Plutarchum, qui praedium venditurus, hoc praecone proclamarè iussit, quòd vicinos haberet bonos. Quòd si quaeras, vnde cognosci possint boni? Respondet, ex sermone & moribus: sicut is qui fert aromata, etiam si nolit, ex odore proditur, inquit S. Climacus; ita & qui Dei spiritum habet, ex verbis suis atque humilitate propria agnoscitur.

Porro optimus conuersationis cum bonis fru-

vit. PP. l. 7. libel. 11. n. 13. Rol. pag. 610. n. 21. 1.4. Coae. fid. c. 5.

in Plat. 1.1. 612. 8. cap. 2. Sum. l. 1. de Ang. c. 17. n. 1. Val. l. 1. de p. 2. n. 1. Noa. l. 1. de fide an. c. 10.

1.1. 612. 8. cap. 2. Sum. l. 1. de Ang. c. 17. n. 1. Val. l. 1. de p. 2. n. 1. Noa. l. 1. de fide an. c. 10.

1.1. 612. 8. cap. 2. Sum. l. 1. de Ang. c. 17. n. 1. Val. l. 1. de p. 2. n. 1. Noa. l. 1. de fide an. c. 10.

1.1. 612. 8. cap. 2. Sum. l. 1. de Ang. c. 17. n. 1. Val. l. 1. de p. 2. n. 1. Noa. l. 1. de fide an. c. 10.

1.1. 612. 8. cap. 2. Sum. l. 1. de Ang. c. 17. n. 1. Val. l. 1. de p. 2. n. 1. Noa. l. 1. de fide an. c. 10.

fructus iste erit, si alter alterum in defectum aliquem labi solitum, amice admonet. Hoc S.P.N. Ignatius commendare solebat bonis sociis. Et laudat S. Chrysofomus hunc morem in secularium aedibus, suo tempore obseruatum, dum vir obseruabat uxorem, uxor virum, ne in precipitia periurij ruerent, & multa grauisima esset constituta prauaricaturis, nec pudor esset dominum a seruis redargui, aut seruis a dominis castigari: & dominum ipsiusmodi recte Dei Ecclesiam appellandam esse. Vbi enim tanta modestia, vt solliciti sint conuicta de diuinis legibus, aliusque cum alio super hoc contendat, certum est, demonem inde & quamlibet malam potentiam eliminatam esse; Christumque adesse latum ac hilarem, de illa pulchra inter seruos suos amulatione, omnemq; illi elargiri benedictionem.

182. **Monitum Vndecimum:** ob defectus, quos videbis in Communitate forte maiores & frequentiores, quam in Nouiciatu, ne parui estimetur Ordinem, ne tibi conueniat id quod scripsit S. Isidorus Pelosiora S. Chrysofomi discipulus, & multorum Monachorum Abbas cumdam Agathodæmoni. *Obdurasti Monachorum ac Sacerdotum vitam perseruans, atque eiusmodi in celsitatem, qui ab omni peccato alienus sit, quærens. Quod quidem solus Dei est, nec qui id consequatur, mortaliū quisquam est.*

Cur autem tuum Ordinem ob defectus aliorum non vilipendere debeas, hæc sunt causæ.

183. **Primò,** Quia non videbis æquales peccatis tot Angelorum, nec tot peccantes, quot peccarunt in celo. Nam eorum tertiam partem, in infernum detrusam esse docent aliqui, & propeudet S. Thomas, & Cassianus, & putant significari illo Apocalypseos loco c. 1. 2. 4. In quo dicitur cauda draconis tertiam partem bellatuum celi extractam in terram. Quod etsi incertum esse doceant Soarius & Valquez, & alij, tamen certum est, ingentem eorum numerum cecidisse, vt ait S. Gregorius Nazianzenus car. 6. & Theologi. B. Laurentius Iustinianus, *Ipsorum partem maximam corruisse putat.* Bene ergo sentias de tuo Ordine & domicilio, etsi in explorat & maiores, quam in Nouiciatu, videres defectus: cum non sint tam felices, vt erant illi Angeli ante peccatum, carnem peccatorum fomitem non habentes.

Secundò, Non videbis in tuo Ordine talia peccata qualia commiserunt Apolliti Iudas, Petrus, Thomas. Sicuti ergo eorum peccata nõ præiudicant sanctitati Collegij Apostolici, ita multò minùs præiudicare debent tui Ordinis sanctitati, minora quæ videbis peccata in eo.

184. **Tertiò,** Quia inter Apostolos, etiam post acceptum Spiritum sanctum, adeò copiosum, qualis nulli nostrum datus est, contigerunt defectus, tam crassi, vt eos Deus in S. Scripturâ voluerit esse descriptos, ad instructionem incautorum & solatium ex humanâ fragilitate

peccantium. Inter Paulum & Barnabam Apostolos (qui simul volebant idem iter facere) *tanta est facta dissensio, vt discederem ab inuicem; & quidem eam solam ob causam, quod Barnabas vellet habere comitem eiusdem itineris Ioannem Marcum, ibi presentem, quem Paulus nolebat, ex quadam indignatione, quia discesserat ab eis alio, & non iuit alias cum eis, quando eundem erat. Et quamuis Interpretès excusent hinc Apostolos à delicto (vti charitas, & debita erga eos reuerentia iubet) tamen aliqui agnoscunt culpam aliquam ventalem, vt Salmeron; & humani affectus, ac iræ inflammationem, vt Lorinus & Mariana, & Sâ; & indicat Græca dictio πρὸς ἑαυτοὺς, quæ propriè significat excandescentiâ, & acrem disceptationem, & in febribus apud Galenum, augmentum sanuum febris. Et quamuis eadem vox Græca, in bonam partem sumatur in epistolâ ad Hebræos, alibi tamen in malam partem sumitur: videlicet in epistolâ ad Ephesios, vbi accipitur pro iracundiâ, & psalmo 94. pro exacerbatione, & Act. 17.*

Quocirca S. Augustinus ait fuisse rixam paci contrariam (sed non quæ interimeret charitatem, & occideret concordiam, inter Paulum & Barnabam, & S. Thomas agnoscit, in iis veram dissensionem opinionum, repugnantem paci perfectâ. Et alibi, agnoscit hanc dissensionem fuisse discordiam, & pertinuisse ad defectum humanum. Et S. Macarius dixerit asserit, Petrum reprehensum esse à Paulo, quia reprehensibilis erat: Et Paulum altercationem misse cum Barnaba, & exacerbatos discessisse ab inuicem. In Apostolis, inquit S. Cyrillus Hierosolymitanus, *inuenta est proditio, & miraris, si in Episcopis (idem dic de Religiosis, qui non tenentur esse tam perfecti, vti Episcopi) fraternum odium reperitur? Sed non modò de Principibus hoc signum, verum etiam de populis. Dicit enim: Propter multiplicationem iniquitatis, refrigeret charitas multorum. Idem Paulus restitit Petro (& quidem tunc Vicario Christi, & Superiori suo) & non simulatè, vt volunt aliqui, sed verè, & ex animo, vt colligitur apertè ex Scripturâ, & docent S. Cyprianus, S. Ambrosius, S. Augustinus, S. Gregorius, & omnes interpretes Latini, veteres ac moderni, cum nostro Cornelio, contra Baronium. Restitit autem Petro, quia, vt Scriptura loquitur, per Paulum, *reprehensibilis erat, & gentes cogebat iudæizare, & non rectè ambulabat ad veritatem Euangelij.* Has enim ob causas, Paulus Petrum coram alijs reprehendit. Et tamen his non obstantibus, erant ambo magni Sancti, & Collegium Apostolorum erat sanctissimum. Et tu, in nullo nostro domicilio vquam videbis defectus, his maiores. Bonam ergo de omnibus opinionem retine, vti quibus nostrum, non obstantibus his Apostolorum defectibus, optimam retinere debet opinionem de Apostolis, eò quòd, vt docet S. Thomas, nullus Sanctus potest comparari, nec adæquari Apostolis, qui*

185. In Pf. 44. & lect. 3. in cap. 11. Rom. & lect. 5. in c. 8. Rom.

form. de
10000
libror.
eccl.
3. 36.
35. viz.
p. 7.
182.
183.
184.
185.
Th. 1. p. 9.
632. 9.
Coll. coll.
8. cap. 3.
Sua. 1. 7.
de Ang.
c. 17. m. 6.
Vid. 1. 7.
de p. 38.
2. 9. in
Notat. c.
Lan. an
fals. amo.
ca. col. 1.

A. d. 15.
37. 38. 39.
Act. 13. 13.
lib. 1. ad
Glauc.
Hebr. 13.
2. 4.
Eph. 4. 25.
Pl. 0. 4. 8.
In Pf. 33.
col. 9.
Act. 15.
2. 2. q. 29.
2. 3. ad 2.
2. 2. q. 37.
a. 1. ad 3.
hom. 27.
Carech.
15.
Gal. 2. 11.
14.
185.



vt idem alibi ait, præ omnibus Patriarchis & Prophetis abundantiam gratiæ habuerit. Imò, vt alibi dicit, *præ omnibus aliis Sanctis, quacunque prerogatiua presulcans siue Virginitatis, siue doctrinæ, siue martyrij.* Et Abbas Theonas Apostolos ait electionis merito, bonitatem generis humani, multis excessisse modis.

Coll. 23.
cap. 4.

186.

Quarid, Quia Christus etiam, præuidens Sanctos maximos (solâ Beatissimâ Virgine Maria exceptâ) peccatis fore obnoxios, & præueniens nos, contra hæreticos Pelagianos, qui docturi erant, Sanctos viuentes, non peccare in oratione, quam ipse docuit, dici voluit ab omnibus: Dimitte nobis debita nostra; quod dicendum esse, etiam à Sanctis, non tantum ex humilitate, sed verè, sub anathemate definiuit Concilium Mileuitanum & Tridentinum. Ideoque Siloanes de se & sibi similibus scriptam reliquit Deo reuelante: Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

Mil. can.
6. 7. 8.
Trid. scilicet
6. cap. 11.
1. loc. 1. 3.

1. 2. sent.
cap. 18.

Iac. 3. 2.

Quæ verba citans & ponderans S. Ilidorus Hispalensis: Quamuis, inquit, in hoc seculo magna iustitia quisque claritate resplendeat, nunquam tamen ad purum peccatorum sordibus caret. Et S. Iacobus Apostolus dicit: In multis offendimus omnes. Quid ergo mirum est, si in communitate numerosa, inferioris virtutis, quam fuerit Apostolorum, in multis, etsi non omnes, talem aliqui offendunt, etiam grauitè: Gloriatur quis ex his qui adfuerunt, inquit S. Cyrillus Hierosolymitanus, non simulatam se erga proximum tenere amicitiam: Nonne per sepe labiis amatur, & vultu corridentur, & oculi apparent hilares, cor autem nectit dolam, & machinatur mala loquens pacificè?

Catech.
15.

Quind, post Apostolos, etiam in magnis Ecclesiæ Sanctis, etiam Ecclesiæ Doctoribus, erant defectus similes nostris. S. Cyprianus Martyr carpit S. Stephanum Papam Catholicissimum, & defensum in hoc à S. Augustino. Quomodo inter se contenderint & quidem acerbe, S. Augustinus & S. Hieronymus, indicant eorum epistola: S. Augustini epistola 10. apud S. Hieronymum epist. 88. 89. Et Hieronymi epistola 91. 92. apud Augustinum 11. 14. S. Epiphanius, ita dissidebat à S. Chrysostomo, vt ab hoc inuitatus, ad diuersandum in domibus Ecclesiasticis, ingressus Constantinopolim, id recusarit, fugiens consortium cum S. Chrysostomo tunc Constantinopoli manente: quem admodum scribit Sozomenus. S. Chrysostomus autem increpauit S. Epiphanium, tanquam violatorem Canonum Ecclesiæ, & ob id ad eum illi minatus est populi tumultum, vt percussus metu S. Epiphanius discesserit ab Ecclesiâ, ubi S. Chrysostomum grauitè incusauerat, vt scribit Socrates, & Baronius.

Soz. 1. 8.
hist. c. 14.
Socr. 1. 6.
Baron.
to. 5. An.
401.

S. Basil. percussus animo est, quod apud S. Greg. Nazian. paulò liberius scribentem, videretur esse contempni, dolens plurimum se ab eo vilipendi, ac pro nihilo prorsus haberi. De quo se purgat Nazian. Ep. 10.

S. Gregorius Nazianzenus epist. 35. apud S. Basilium, sic ad eum scribit: *Non cessas nos maledictis impetere, tanquam imperitos, rudes, & ne quidem vitâ dignos; propterea quod commemorare ausi sumus, quod perpessi sumus. Et Ep. 34. & 40. Basilium carpit. E contra Basilium cum eo exoptulat ep. 44. quod ad eum finxerit Epistolam, quasi nomine Patru scriptam. Et ep. 53. ad S. Athanasium scribens ait: Se eius minus admodum ridere. Idem Basilium Epist. 10. Episcopos perstringens Occidentales, & Romanum Pontificem, sic scribit: *Quale nobis auxilium, ab Occidentalium supercillo, & fastu aderit: qui veritatem neque norunt, neque dicere sustinent; verum falsis opinionibus præpediti, illa nunc faciunt, quæ prius in Marcello (Ancyrano Hæretico quem Epist. 74. questus est admissum ad communionem) patrarunt, nempe cum iis, qui veritatem ipsius annuntiant, contententes hæresim per se ipsos stabiliri. Si in aliquo è suis Superioribus, aliquis, parum consideratus, obseruaret talia, Deus bone, quid non diceret coram suis confidentibus? Et tamen talia, in primariis S. Ecclesiæ Doctoribus, viris sanctissimis, sine præiudicio eximie eorum sanctitatis, acciderunt. Et adhuc plura talia leguntur tum in eorum libris, tum in historiis Ecclesiasticis. Si quis nunc nostrum, de aliquo suo Superiore ita scriberet ad amicum, vti scripsit S. Paulinus ad S. Seuerum Sulpitium, carpens Siricium Papam, sibi contrarium, & incusans eius discretionem superbam, & Cleri Romani contra se odiorum flammam, & frendentem inuidiam, iniquitatis suorum consciam, & ipsam se erubescentem, eiusque morus inuidiæ, & facies livida mentis: (quæ omnia sunt verba S. Paulini) Deus bone, totam perderet opinionem virtutis: & tamen S. Paulinus dum hæc scriberet, sanctus fuit, & à Baronio, ac eius commentatore nostro P. Francisco Sacchino, iustè scribitur de Siricio questus. Simili ergo modo etiam aliorum dicta & scripta acerbiora, quoad speciem, in bonam trahenda sunt partem, sine præiudicio illorum virtutis & famæ, & sine contempu Ordinis, tales intra finem suum fouentis. Quod ponderans Baronius, *Videas, inquit, sanctos viros interdum haud omnino in omnibus rationi consentaneæ commoueri, & quod natura est, facere. Nam, vt ait S. Gregor. Sunt quædam peccata, quæ quamdiu in hac vitâ viuunt, etiam à perfectis viris, aut vix, aut nullatenus declinantur. Habent enim sancti viri aliquid, quod in hac vitâ operire debeant. Quia omnino est impossibile, vt in locutione, aut in cogitatione etiam, nunquâ delinquant.***

Sextid, post primorum Ecclesiæ Doctorum tempora quis dubitat sanctissimos fuisse, & esse ad hunc diem, Ordines S. Benedicti, S. Bernardi, & S. Dominici, & S. Francisci, & omnibus sæculis protulisse viros sanctissimos, virtusque sexus, ob quorum multitudinem, & varietatem, cum incredibili S. Ecclesiæ & Reipublicæ Christianæ bono coniunctum, hi Ordines merito appellari possunt, Seminaria Sancto-

Not. in
Paulin.

to 4. An.
394.

In Pal.
pœnit.

188.

Io PL. 132. Monachi falsi. Et nos nouimus tales, sed non perit fratemitas pia, propter eos, qui profitentur quod non sunt. Tam sunt enim Monachi falsi, quam & Clerici falsi, & fideles falsi. omnia ista tria genera, fratres mei, qua aliquando vobis commendauimus, habent bonos suos, habent malos suos. De tribus enim istis generibus dictum est: Duo in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur. & duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur. Et dua in molendino, vna assumetur, & vna relinquetur. In agro sunt qui gubernant Ecclesiam. Vnde dicit apostolus: (videte si non in agro erat) Ego plantauimus, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. In lecto autem eos intelligi voluit, qui amauerunt quietem (per lectum enim quietem voluit intelligi) non se miscentes turbis, non tumultu generis humani, seruientes Deo, & tamen vnus assumetur, & vnus relinquetur: sunt ibi probi, & sunt ibi reprobi: dua item in molendino, quia in isto mundo versantur, vbi molendinum intelligitur, quia sic vertitur mundus iste, quomodo mola; vna enim quos conterit: sic ibi versantur fideles boni, vt vna ex eis consumatur, altera assumatur.

f. 1 de de-
dic. Eccl. Quocirca quod olim S. Bernardus dixit suis Fratribus, idem quilibet nostrum debet dicere, quia potest, de aliis locis: Habent lapides templorum nostrorum vtique sanctitatem, sed propter corpora vestra. An vero corpora vestra sancta esse quis dubitet, quae templum S. Spiritus sunt, vt sciat vnusquisque possidere vas suum in sanctificatione. Itaque sancta sunt anima propter inhabitantem Spiritum Dei in vobis: sancta sunt corpora, propter animas, sancta est & propter corpora, domus. Adhuc certe corruptibili tenebatur in carne, & in corpore peccati, in quo & graue adulterij crimen admisit, illius anima qui dicebat: Custodi animam meam, quoniam sanctus sum. Mirabilis plane Deus in Sanctis suis, non modò in caelestibus, sed etiam in terrenis. Vtrobique Sanctos habet, & in vtriusque mirabilis est: illos quidem beatificans, istos sanctificans. An experimentum queritis eius de qua loquimur sanctitatis, & Sanctorum vobis istorum miracula desideratis ostendi: Multi certe ex vobis à peccatis & vitiis, in quibus computruerunt, tanquam iumenta in stercore suo, exiere viriliter: & quotidie impugnantibus eis potenter resistunt, iuxta Apostolum qui de sanctis loquens vtique. Conualuerunt, inquit, de infirmitate, fortes facti sunt in bello. Quid mirabilis, quando is qui prius vix per biduum poterat à luxuria, crapula & comestationibus & ebrietatibus, à cubilibus & impudicitis, ceterisque similibus & dissimilibus vitiis continere, nunc ab eis continet multis annis, tota vtique vita sua: Quod maius miraculum, quando tot iuuenes, tot adolescentes, tot nobiles, vniuersi denique quos hic video, velut in carcere aperto tenentur sine vinculis, solo Dei timore confixi, quod in tantà perseverant afflictione penitentiae vltra virtutem humanam, supra naturam, contra consuetudinem: Ipsi credo, videtis, quanta iam possemus inuenire miracula, si perscrutari sigillatim liceret singulorum exitum de Aegypto, & deserti viam, id est, abrenunciationem seculi, introitum monasterij, in monasterio conuersationem. Quid vero sunt haec, nisi manifesta inhabitantis in vobis Spiritus sancti argumen-

ta: Nam habitare in corpore animam probant vitales motus corporis: habitare in anima Spiritum probat vita spiritualis. Illud ex visu & auditu dignoscitur: istud ex charitate & humilitate ceterisque virtutibus. Vestra est igitur, Fratres charissimi, vestra est hodierna festiuitas. Vos dedicati estis Domino, vos elegit & assumpti in proprios. Tibi (inquit Propheta) derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor. Quam bene commutasti, dilectissimi, quicquid habere potuisti in seculo, quando nunc relinquendo ea, proprii esse meruisti auctoris seculi, & eum habere propriam possessionem, qui sine dubio portio & hereditas est suorum. Neque enim, sicut dixerunt filij iniquitatis, beatus populus cui haec sunt, temporalia scilicet qua praeferat, promptuarium eructantia ex hoc in illud, oues factose, & similia: non, inquam, beatus populus cui haec sunt, sed beatus populus, cuius Dominus Deus eius. Videte ergo num dignum sit, vt festum agamus diem, quo nos assumpti in proprios, & inuestiuit se per ministeriales & vicarios suos: vt fiat sicut iam olim praeferat: Ego, inquam, in medio eorum ero eorum Deus: nos autem populus eius & oues pastus eius.

MONITVM DVODECIMVM.

Certò tibi persuadeas, si seraueris ea, quae supra recensui, studia tua & omnes occupationes, etiam naturam suam diffractas, studiorum causa susceperas, non tantum non impedietur tuum in virtutibus progressum, immò & teneritudinem deuotionis ac piorum affectuum, sed potius haec omnia in Collegio magnum & solidius quam in Nouitiatu incrementum in te habitura, duas ob causas: Primum, quia iste est Dei mos, vt praclare scriptum reliquit S. P. Ignatius: Quando aliquis arctius se Deo adstrinxerit, & liberaliore erga summam Maiestatem se presterit, tantò eum in se liberaliorem experietur: & ipse indies magis idoneus erit, ad gratias & dona spiritus ualida vberiora recipienda. Quod declarans subdit, Hoc illorum esse, qui votis emissis Deo se dedicant. Tales autem sunt, qui peracto Titocinij biennio, votis religiosi Societatis, Deo arctius adstricti, ad Collegia mittuntur, ideoque maiorem, quam in Nouitiatu, sperare debent diuinorum auxiliorum copiam (dummodò sibi non defint) quae omnes ij experiuntur, qui religiosa vitae feruorem in Nouitiatu inchoatum, in Collegio consequuntur.

Secunda causa est, quia qui cooperantur Deo nos ad perfectionem euehendi, & se disponunt efficaci conatu ad recipienda eius bona maiora, abundè Deus illis ea largitur. Nam, vt ait S. Basilius, Qui grato animo in donis, quae à Deo primum accepit, studiosus se ipsum exerceat, ad laudem Dei, idoneus efficitur, cui alia dentur praeferenda. Non patitur se vinci à nobis beneficentia Dei saturiens, vt loquitur S. Chrysostomus, sed, vt inquit S. Celsarius, quantum nos addiderimus ad studium, tantum ille apponet adiutorium: quantum nos apposuerimus ad diligenti-

129. diligentiam tantum ille addet ad gloriam. Atque ita bene docet S. Thomas: Quando homo facit quod in se est, Deo mouente liberum arbitrium, tunc preparatio hominis ad gratiam, habet necessitatem ad id, ad quod ordinatur, non quidem coactionis, sed infallibilitatis: quia intentio Dei deficere non potest.

Quocirca si, vt dixi, seruaueris ea, quæ supra tibi commendauimus, intuitu uotorum tuorum, & cooperationis ac dispositionis tuæ, ab eius gratiæ uenientis, excitata Diuina bonitas, non permittet per occupationes scholasticas extingui in te, uel minui, deuotionis affectus, & progressum in uirtutibus, sed magis ac magis in dies augetur. Sicut enim Christi uirtute, sacra olea uetusta ac limpidiora, ex foro allata, & ex uase hausta nitidissima, dum per Ministros Ecclesiæ adhibentur, augent per se gratiam, & quandoque per accidens primam gratiam conferunt in Sacramentis, dum ad ea sine obice nouo, & bonâ fide accedunt aliqui postquam fecerunt, quæ sciuerunt debere fieri (vt Theologi cum S. Thoma docent) ita Deus per gratiam uocationis, quam Religiosis Ordinibus concedere solet, efficit, ne distractiua aliâs, communes cum secularibus occupationes, à personis ei consecratis per uota religiosa susceptæ, obsint spiritui, quin imò, & ob puram intentionem, cum quâ peraguntur, & ob laborum molestiâ, quæ ex Dei amore, in iis peragendis, hilari animo toleratur, Deus mouetur ad conferendam tantam Diuinæ suæ gratiæ copiam, quâ religiosi, cum incremento eruditionis, magnâ uirtutum ac deuotionis accessione cumulentur. Ne mihi quispiam dicat (inquit S. Chrysostomus) quod nequeat homo secularibus affixus & foro (idem autem iudicium est de libris & studiis) continuè per diem orare: potest enim, & quàm facillimè & affixus Tribunali: ubique sis, potes altare tuum constituere: si mentem tantùm seruentem exhibeas, orationis perfectionem consummaueris, ubique sis, ora, templum

es, ne locum quæras. Non enim locum Deus ueretur, sed unum exquirat seruandam mentem, & continentem animam. Docet hoc experientia quotidiana in plurimis: qui dum studia literarum tractant, modis à Societate præscriptis, & supra à me recentis, sentiunt se in Collegiis multò magis esse deuotos, idque ordinariè & magis proficere in uirtutibus heroicis, quàm fuerint in Nouitiatu, etiam tunc, dum uel maximè seruebant, uel dum Exercitiis spiritualibus ardentior ac diligenter uacabant. Et ut omittam minoris notæ Fratres aut Patres, sufficit nobis exemplum B. Aloysij Gonzagæ, & Ioannis Berchmans, qui iis temporibus quibus studiis literarum erant dediti, multos feruentissimos Nouitios, & profectum in uirtutibus, & teneritudine solidæ deuotionis, superarunt. Testes sunt etiam illi Scholastici subditi P. Syluertiæ, qui in medio studio-

Propterea, inquit S. Chrysostomus, Sancto- h. 11. in rum uitas & conuersationem perscriptam S. Spiritus gratia reliquit, ut discerent, quod licet eiusdem fuerint natura, uirtutibus tamen studuerunt, ne simus nos ignaui & desides in iis exercendis: Et nos item si uoluerimus, quod nostrum est facere, nihil prohibebit nos: eadem dona consequi. Liberalis enim Dominus. Idoneos ergo nos ipsos exhibeamus, & seruenti alacritate, uirtutem uel nunc saltem, apprehendamus, & affectiones nostras corrigentes, efficiamus ut Spiritus sancti accommoda simus habitacula.

Quoniam uerò studiorum tempore non tantum uirtutis habenda est ratio, sed & magni in literis profectus, quibus mediis ac modis illi quærendus sit, in alio Opusculo explicabitur, Domino adiuuante, si tam diu uixerò.

Nic. Gorum cursu breui oratiunculâ, desies milles in die dig. 1. 3. Augustissima Trinitatis auxilium inuocabant: & inter c. 10. uitæ quos erant etiam, qui certas alias preces, percursis Ro- P. Syluertiæ sarij globulâ, toties recitabant. At inter hæc, literarum studia nec intermissa nec remissa, sed intensa potius & aucta. Talis & tu eris, si seruatum ab eis modum uiuendi in Collegiis retinueris.